

Magistri. Magister.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Magister, qui ceteris, quibus praestit, est major: à rebus Oeconomicis, & civilibus, translatus, est titulus, ad Scholasticam. Magistri autem Fectus, non solum Doctores sunt artium, sed etiam pagorum, focietatum, vicorum, collegiorum, equitum, navium. Unde & Magistratus, qui per imperia potentiores sunt, quam privati, Διδασκαλος, Καθηγητής Græcè immò, & μέγας Magister enim dicitur qualis, est major dignitate, & excellentia, sicut minister qui aliis minor. Ita ἄρχη Hebræis, est magnus, & magister. Alioquin Rabbi apud illos propriè Doctorem significat, & respondet Didaculo, Magister vero magis ad mores, & vitam pertinet, qualem institutorem καθηγητής vocant Græci. Et hanc distinctionem videtur insinuare Christus apud Matth. cap. 23. ubi, cum Phariseos reprehenderet, quod affectarent nomen, titulumque Rabbi, subicit ad discipulos conversus. Nec vocemini magistri, quia unus est magister vester in caelis Christus. Communiter tamen Morech, id est, reveritus est, Hebræi pro magistro utuntur.

* VARIE FUNCTIONES,

ET NOMINA.

Magisterium circa varia exercetur, & idè qui illud obeunt non uno appellantur nomine. Communiter, & velut per Antonianam Magistros dicimus, & quidem Nostros, qui in S. Theologia qua princeps est scientiarum, ut supremum gradum obtinent. Quamvis etiam inferiores scientie Magistros suos habeant. Et qui Philosophiæ metas transgressi, Magistri artium appellantur.

Hoc nomen etiam deferunt, qui ludo literario praesunt, quamvis unico verbo Ludimagistri nuncupentur, & Didacali, immò & præceptores.

Legum Doctores quoque juxta Aciatum, Magistri dicuntur, & putat generaliter eo titulo comprehendit Baccalaureos, & Licentiatos Apud Græcos Imper. νομογνοοῦν peculiares dignitas erat, eaque ampla, quia ad intima Imperatoris consilia adhibebantur. *Caes. varior. 6.* Reverendum honorem fuit, quibusque magistri nomen accipit. Inter patricos numerabantur, immò illis postea pralati.

Insi quoque Imper. filii, & consanguinei hoc titulo decorati. Hodie qui principat un obtinent inter Equites Melitenses, & Ordinis Teutonici, Magistri nomen habent: addito, tamen epitheto, Magnus Magister.

Magister equitum *Imperatoris*, olim summum imperium habebat in equitatum. Galli Conestabulum appellat, & addebatur olim Dictatori, cui in populum erat potestas. Ita *Varro l. 4. de ling. Lat.* Et dicebatur Magister populi.

Institutores juvenutis privatim, hoc est, qui illius mores, & studia dirigunt, hoc nomine gaudent, etiam in Gymnasio non praegant, quamvis communiter appellentur Pedagogi.

Illos quoque qui pecorum curam agunt, & Pastores dicuntur, Magistros pecorum nuncupat *Varro 2. de re Rust. c. 20.* Meminit *Cicero ad Appium*, Magistri morum.

Dipianus Magistru navis vocat. *l. 1. Exercit. action. Cicero* rursus *5. in Verrem.* Magistrum dicit Scripturæ. Is est, qui publicos proventus scribendi in Civitate jus habet, quamvis non omnium proventuum cura huic demandetur, sed quibus ex pecoribus obveniunt.

Magistri etiam titulum gerebant, qui bona sub hasta vendunt, ut *Cicero ad Atticum lib. 2.* testatur, & *Caes. Rhodig. Antiq. lectio. l. 11. c. 5.*

* AD MAGISTRUM REQUISITA.

Magister sit eruditus, prius dicat, quam doceat sit mansuetus, prout oportum est, rigidus, ut lites dissolvat, oblatentes remordeat, obloquentes reprimat, protevientes castiget: debet item esse diligens, nam sicut in unoquoque opere mater constantia invenitur, ita universæ doctrinæ noverca negligentia.

Magister sit in sermone verax, in judicando justus, in consilio providus in commisso fidelis, constans in vultu, pius aspectu, virtutibus insignis, bonitate laudabilis. *lib. 1.*

Magister probæ ætatis, & vitæ, eruditionisque diligendus est. Nec puto erubescit doctus vir illud facere in propinqua, vel nobili virgine, quod fecit Aristoteles in Philippo filio, ut

ipsa librorum varietate initia monstraret literarum. Non sunt contemnenda quasi parva, sine quibus consistere magna non possunt. *Idem l. 8.*

Sunt plerique, qui dum meriti se nesciunt: quæ non didicerunt, docere concupiscunt: qui pondus magistræ tanto levius æstimant, quanto vim magnitudinis illius ignorant. *Greg. in Prolos. pastor.*

MAGISTRI, PRÆFECTI ALIORUM, IN SPECIE QUI PUTA POPULI, CIVITATES.

Alexandrini tum Græcos, tum Barbaros ferè omnes encyclicas disciplinas denuo docuerunt, cum propter successorum Alexandrini Magni intestina bella literæ bonæ ferè interdidissent. *Athen. l. 5. c. 5.*

Euripides in *Troadio*. Græciam *επιστολον* appellavit eximic, non tam propter studium suscipiendi, alendique liberos, quam eisdem rectè educandi, *Vidor. l. 27. Var. l. c. 5.*

Romani quotannis sex optimatum filios ad fex Hetruriæ F populos mittebant, ut auguralium scientiam didicerent. *Alex. lib. 5. c. 79.*

Britanniam Gallia bis Magistrum fuisse accepimus. Veterum Gallorum disciplina, inquit *Caesar*, in Britannia reperita, atque inde in Gallia translata esse existimatur. Et tunc, qui diligentius eam rem cognoscere vellent, plerumque illo discendi causa referrebantur. Confirmat hoc ipsum *Aimoinus l. 1. c. 6. de gestis Franc.* Deinde, cum barbaries, afflicta Romanis bellis Gallia libertate, omnem quoque discipulum afflisset, ex eadem insula Flaccus Albinus, vel Alcuinus, à Carolo Magno honorificè acceptus, liberales artes in Gallia rursus excitavit, primaque Parisiensis Academiæ fundamenta posuit. *Ramus* in *proemio Mathematicum.*

LEGISLATORES.

Lycurgus assuetificet cives, ne vellent, ne scierent privatim vivere: verum, ut apum more ad Remp. conglobati semper, & inter se circa principem volati, assuetique lymphatico atque gloriosi tantum non mente alienati, patrie essent toti G additi. *Plut. in Lycurgo.*

Alexandri Magni legibus innumeri homines usi sunt, & utuntur, beatioresque evaserunt, ab Alexandro subactis illis, qui ei sunt elapsi. Hos enim ex misera vita exemit nemo, illos agere compulset victor in felicitate. *Plut. de Alex. fortuna, seu virtutib. orat. 1.*

HEROES.

De Chirone, *vide supra. Institutio proba.* Romæ autem fuit Hercules, & Musarum communis: quia literas docuit Hercules Evandrum, ut in historia Juba prodidit: & censentur facere prælarè illi, qui amicos, & propinquos erudiebant. Serò ceperunt mercede docere, ac primus aperuit ludum literarum Sp. Carvilius, Carvili illius, qui conjugem principis repudiavit, libertus. *Plut. in Quæst. Romanis.*

REGES, PRINCIPES, MAGISTRATUS.

Cleomenes Leonidæ F. rex Spartanus, qui sublatis Ephoris ad Lycurgi leges civitatem revocavit, omnium ipse erat doctor. Frugaliter, simpliciter, nulla re licentiores, aut splendidiorum ceterorum cultum suum tanquam temperantia H exemplum proponebat. Quod ad negotia Græciæ ei præbuit non nihil momenti: siquidem, cum alios reges Græci adirent, non ita opes & luxum eorum studebant, ut exacerarentur superbiæ, & fastum tumide, & asperè, cum appellantis ipsos agentium. Cleomenem cum adirent, qui rex, & verè erat, & dicebatur, neque purpuras circa eum, neque lenas, neque lectulorum conspicerent, vel lecticarum instrumentum, neque per nuncios, & janitorum gregem, vel per libellos gravatim, & cum difficultate respondentem: verum illum ipsum pallio amictum plebeo ad salutationes occurrentem, colloquentemque, & vacantem exprocto vultu, humanoque adcontibus: his artibus capiebantur, & dicebantur, solumque ab Hercule illum tradebant ortum. *Plut. in Cleomene.*

Hipparchus Pisistrati F. quamvis tyrannus, sapientiæ tamen studia promovit, omnique studio amicus est, ut optimis imperaret. Cives igitur primum in urbe erudi curavit. Mox etiam eos, qui in agris erant. Nam electis his, quæ sapientissima

tissima esse judicabat, ea elegiacis versibus complexus, statuis Mercurialibus, quas Hermas vocavit, & in medio civitatis, & in singulis tribubus erexit, inscriptis, ut etiam præterentes sapientie præcepta dicerent. In qualibet etiam statua duo erant epigrammata. In sinistra quidem parte Mercurius dicebat, se in medio populi, & civitatis consistere. In dextra verò sic: Admonet Hipparchus, Justa tenere velis. In via Steriaca legebatur: Admonet Hipparchus, Et omni parte cavendum, Ne quis amicum auit decipere improbius. *Plato in Hipparcho.*

Augustus Cæsar rectorem solitus est apponere ætate parvis, ac mentes lapsis, donec adolefcerent, aut resipiscerent: ac plurimum liberos & educavit simul cum suis, & instituit. *Suetonius.*

Carolus Magnus Burchardo Heribolensi episcopo duodecim adolefcentes ex illustribus parentibus Saxonum natos, quos obfides accepere, servandos, & erudiendos in doctrina pietatis commisit: Ofinburgensi episcopo scholam aperire præcepit. *Cranz. in Metrop. lib. 1. c. 2.*

CURATORES.

Ludovicus Hungariæ, & Boemiæ rex, XI. annorum puer, B Uladislo patri successit: qui si nactus fuisset educatorem, qualem oportuit Regem habere: qui non solum corporis, vitæque curam suscipisset, sed multo magis optimam vivendi rationem menti ejus incidisset, tam bona indoles, quæ in puero emicavit, sopita nunquam fuisset. Nunc aliorum, morumque formator ei patris voluntate Georgius Marchio Brandeburgensis obtigit, bonus ille quidam princeps, sed cui convivia, theatraque, & arena, in qua hæsis concurrebat, ludicæ, & choreæ magis cordierant, quam seria studia: quæ mox deliciae Ludovicum sic perfecta sunt, ut consultationes de regno graviore vitæ, care pejus, & angue. *Dubrab. lib. 33.*

Carolus IX. Imp. moriens Venceslao VI. filio, regi, & Imp. idem, moderatorem consilio omnium dederat Joannem Archiepiscopum Pragensem: cique uni Venceslaus auscultare, siisque cupiditatis modum imponere solebat. At eo defuncto, eam redire desistit, in omne genus scelorum præceps abiit. *Dubrab. lib. 23.*

AMATORES.

Spartani, pueros si qui delinquent, ætatis nomine excusatos habebant: ac amatores illorum negligentis institutionis causa puniebant. *Plut. in Lycurgo, & Elianus lib. 3.*

Fuit olim in Hispania Civitas, in qua juvenutis otio, atque Copulentia perditæ, nihil præter convivia, saltationes, amores, lusus curare capiebant, cum magno seniorum merore, qui ex his initiis grandem Reipubl. suæ sâduram augurabantur. Eorum quidam cum animadversisset hoc, juvenes de voluntate, ac iudicis seminarum pendere, auctor reliquis senibus fuit, ut quisque filiabus suis, & nubibus declaret, quo in discrimine sita essent civitatis res, quæ ex florant, ac felice, miserrima, ac perditissima esset futura, simul primum amantissimi homines administrationem illius susceperunt: foeminas verò, quæ nunc molliter per opulentiam atatem agerent, in versis negotiis in egestate, atque inopia rerum omnium durissimam toleratam vitam. Unicum restare hinc malis remedium, si illa, quæ nunc censuris juvenutis tantopere tribueret, ad prudentiam illos studium, curamque publica salutis extimularent, id futurum perfacile, si saltatores, loquaces, ineptos, convivatores, ludibundos, aperta significatione fastidii defugerent, atque averterentur, probos autem, moderatos, sobrios, comites, ac benevolè exciperent: hos laudarent, tanquam futuros aliquando columnæ, & tutelam patriæ: vituperarent illos, ut nequam, & perditos adolefcentes, nullius frugis, & patriæ futuros decori, atque exitio. Placuit senibus consilium, idque foemina, ut in tam manifesto periculo, ac utilissime exequuta sunt. Brevis itaque tempore juvenutis ita est commutata, ut & profugacissimis, ac perditissimis, cordatissimi viri evaserint, atque illa civitas multo deinceps florentior fuit sub his juvenibus, quam illis senibus fuerat. *Lud. Vroes de Christ. fem. lib. 1. c. 1.* Puerum hanc historiam audivisse scribit.

PEDAGOGI. IQUE RURSUS VEL Publici Ludimagistri.

Huc Titulum Grammaticorum accommodato. Pheuius ludimagister Smyræus, cui Critheis Cumana ex furvivo concubitu prægnans elocata fuit, & non multo post ad Meletem suum vium filium peperit, quem Melesgenem vocavit: eum Pheuius moriens, & opum hæredem, & scholæ

successorem reliquit. Qui postea cum in peregrinationibus visum amississet, lingua Æolica Homerus, quasi cæcus, dictus est, & scriptis suis arcem poetica occupavit. In præceptorem, & altorem gratus, nomen illius suæ poeti inferuit. Docuit in Chio privatim filios cujusdam locupletis hominis ad Bolissimum vicum, & in eorum gratiam Ceropas, Barachomyomachiam, Epiciclidas, & alia puellia scripsit: deinde in ipsa urbe Chio publice docuit. *Herod. & Plut.*

Callimachus poeta clarissimus litteras publice docuit in Elculini Alexandrino vico: dein in aula regis diu versatus est. *Olymp. 125. Gyrard. Dial. 3. Hist. posit.*

Atrometus literarum magister Athenis, Æschinis oratoris summi Pater, *Plutarcho teste.*

Dionysius junior tyrannus Syracusanus, regno per Dionem pulsus, Corinthum abiit: ibique in extrema paupertate constitutus, ludum litterarium aperuit, tanta solitudine, ut Diogenes jocosus sit, cum cum musis, & Apolline duodecim habere discipulos.

Aristas Proconnesius, cum esset in fullonis cujusdam officina in Proconneso mortuus, eadem die, atque hora a multis in Sicilia visus est, literas docens. Quod cum eis sepius evenisset, & per multos annos innotuisset, acerbioris in Scitia fe ejus imago offerret: Siculi aram ipsi posuerunt, atque ut heroi sacrificarent. *Apollonius in hist. mirab.*

Primus Carvilius juvenutis Romæ ludum aperuit: Sp. Carvili libertus, qui uxorem repudiavit primus. *Alex. lib. 2. cap. 25. & Plut.*

Crates Malotes legatus, & philosophus primus Romæ per legationis tempus Grammaticas fecit acroasias. *reffe Tranquillo de illust. gram.*

Protius Licinius primus Romæ poeticam docuisse scribitur à Servio, his verbis: *Punico bello secundo Musæ pennato gradu Intulit sese bellico in Romuli gentem feram.*

Gellius *lib. 17. cap. 21.* Val. Cato grammaticus, & poeta nobilis Rom. erudit, & Rhenmius Palemon Vincentinus, Rome publice docuit *vide Tit. Grammaticorum.*

Litteras Latinas Græcæque, tum & præcepta dicendi edidit Julius Cæsar à M. Antonio Gniphone, homine Gallo, qui magno ingenio vir, ac singulari memoria, præterea moribus comis, & natura facilis, primò in ædibus L. Cæsaris patris Græcam, Latinamque Grammaticam, & Rhetoricam docuit: hinc in suis ipsius, multa discentium liberalitate consecutus, cum nunquam pacifera de mercede. *Suet.*

P. Ælius Pertinax Ligur patre libertino natus, literis, & calculo puer dedit operam: in Græcis imprimis eruditus. Sulpitium Apollinarem audivit, post quem Grammaticam publice professus est. Exinde per diversa officia ad imperium Romanum ascendit. Quomodo Nicolaus V. & ipse Ligur, ad Pontificatum pervenit. *Gyraldus Dialogo 5. Poet. hist.*

Tabetius Hiera grammaticus nobilissimus, Brutum, & Cassium docuit, ut testis est *Suetonius de illustribus grammaticis, capite duodecimo*: tantaque honestate prædicus fuit, ut temporibus Syllanis proscripitorum liberos gratis, & sine mercede ulla disciplinam receperit.

Flaccus Albinus, vel Alcuinus, post Bedam, & Adelmum Anglorum omnium eruditissimus, in schola Cantabrigienfi artes professus est. Ab Osa Merciorum rege ad Carolum Magnum pacis causa missus, Caroli præceptor in Dialecticis, & Rhetoricis, & Astronomicis fuit, anno 790. Plurima scripsit. Carolus eum in monasterio D. Martini Turonenfis Abbatem fecit. *Hen. Exfordienfis cap. 69. & Vincentius lib. 23. c. 73. & Siebertus.*

Othricus secundus Magdeburgensis Archiepiscopus, vir æ temperate doctissimus, nominis fama auditors etiam suos illustravit. Qui enim Othricum meruisse audire præceptorem aliquid sibi supra cæteros accepisse videbatur. *Cranz. lib. Metrop. cap. 37.*

Privati Magistri.

Heroum.

Cum Hercules adoleveret, jaculandi artem à Teutaro Scyra pastore, ut ait Isaciis, hausit, vel à Rhadamanto: A lii ab Amphitryonis pastoribus: alii à Chirone, & Testiade narrant: Theocritus, ab Euryto quodam. A Lino Apollinis filio terras didicit, musicam ab Eumolpo: ludam, & artes cæteras Lyco:

illa sequi inde in Asiam, & Rhodum navigavit. In Asia Xenoclem Andrametinum, & Magnetem Dionysium, Menippum Carem adiuverit: Rhodi Apollonium oratorem Molonium filium, & philosophum Posidonium. *Plut. in Cicero.*

Galenus medicus primus a Stoico præceptore Philopatris discipulo virtutis studia, animique tranquillitatem aliquam hausit, & mox à Platónico Cajo aliquam rerum divinaram cognitionem, & deinde Peripatetico Alpasii discipulo naturalium præcipue (quamvis enim ex philosophis istis alias quoque philosophiæ partes singuli tractent, in illis tamen quas dixi excellent) postremo autem in Epicureum incidit, qui nimirum in voluptate, non ut reliqui ferè in usu virtutis, felicitatem hominis collocaat. Præceptores inde habuit, primò Satyrum: secundo Pelopem apud Smyrnæ. Fuit ille discipulus Quinti, qui neminem ea ætate secundum habuit, cuius sæpe meminit Galenus: Pelops autem Numesiani, qui & ipse Quinti celeberrimus auditor existerat. Post hos Numesiano Corinthi dedit operam. Ulus est quoque Faciano præceptore, qui & ipse Quintus discipulus, cum eo diu vixerat, ut & Satyrus. Sed & Pergami Stratonicum, sabinus Hippocratici discipulum, præceptorem habuit: Smyrnæ autem Albinum B Platonicum, annum jam natum tricesimum secutum. Neque rationalium solum sed & præceptores ei eximii contigerunt: sed etiam methodici, & inter empiricos Æschion Pergamensis: Meminit horum passim, tum præsertim *lib. De animi morbis cognosc. Gesnerus in ejus vita.*

D. Hieronymus præceptores habuit in literis Hebræi Barabanum, & Nicodemum Judæos: in humanioribus Donatum & Victorinum: in sacris Gregorium Nazianzenum, Apollinarem Anthiochenum, & Didymum Alexandrinum. *Crimini lib. 6. cap. 6.*

Vivorum Politicorum, pacis, bellive artibus illustrum. Epaminondas Polymni F. Thebanus eruditus sic fuit, ut nemo Thebanus magis: nam & citharizare, & cantare ad choridarum sonum doctus est à Dionysio, qui non minore fuit in musicis gloria, quam Damon, aut Lamprus, quorum pervulgata sunt nomina: carmina cantare tibiis, ab Olympodoro saltare, à Calliphronè. At philosophiæ præceptorem habuit Lyfiam Tarentinum Pythagorum: cui quidem sic fuit deditus, ut adolefcentis tristitem, & severum senem omnibus æqualibus proposuerit. *Probus in Epaminonda.*

Periclem præceptorem habuisse in Musicis Damonem memorant plerique. Aristoteles Musica excultum apud Pythochlidem tradit. Apparet, Damonem, cum insignis esset sophista, quod ad vulgus acrimoniam suam innumbraret, nomen prætulisse. Adhuc Pericli hic velut athleta in rebus alipes, & magister, non fuit clam tamen lyra Damonem velamentoti uti: verum ut inquietus, & tyrannidis fautor exilio puniret decennali fuit, præbuitque scribendi poetis materiam. Audivit Zenonem quoque Eleatem, & de natura, Parmenidis more philosophantem: in primis verò Anaxagoram. *Plut. in ejus vita.*

Phocion dux clarissimus Atheniensium, Adolefcentulus Platois, deinde etiam in Academia Xenocrati operam dedit, & à tenera statim ætate optimis quibusque studiis incubuit. *Plut. in ejus vita.*

Plato in Siciliam appulit, nullo quidem consilio humano: sed haud dubie Deus aliquis aditum procul libertatis Syracusanis instituit, & tyrannidis molienti eversionem, detulit Platonem Syracusam, Dionemque fratrem Aristomaches uxoris Dionysii tyranni ad colloquium ejus attraxit. *Plut. in Dionè.*

D Philopæmenis Tegeatis, Craugidis, F. ducis fortissimi, tutor fuit Cleander Mantinænsis exul, præceptores, cum alii, tum Megalophanes, & Edelus, Arcesila Pitaneæ discipuli Legit quantiam eruditorum libros, quibus vel bellicæ res, vel imperatorum consilia mandata essent. *Pausanias in Arcad. Plut. in Philopæmene.* Ecdemum, & Demophanem vocat, Archelai discipulos.

Catonis minoris præceptor erat urbanus, promptiorque ad inducendum ratione, quam pugno, Spartaco nomine. *Χρηστὸς ὁ παιδαγωγὸς, ἐξ ἠδὲ τῆς γῆρας ἢ καὶ δὴ αὐτὸς ἀποκρίσθησαν.* Habuit quoque Antipatrum Tyrium Stoicum in moralibus. *Plut. in Cato.*

M. Brutus Cæsaris interfector, Antiochum Afcalonitam Academicum admiratus est, fratremque ejus Ariftonem sibi contubernalem fecit. In Rhetoricis usus est Empyrio. *Plut. in Bruto.*

Antiodemum, Pompeii magni filiorum didascalus.

Livius Andronicus primus fabularum actor apud Latinos: præceptor Livii Salinatoris filiorum, & ad eo manumifectus.

Nicephorus Gregoras historicus, Theodori Metochitæ Logothetæ liberorum præceptor sub Andronico seniore. *Testatur ipsemet lib. 8.*

Laurentius Medices præceptorem habuit in Grammaticis Gentilem Urbinate, quem postea Arcinorum Pontificem renunciandum curavit. A Joanne Argropylo Cosini, aut spondis Byzantino evocato Peripateticorum, à Marfilio Fieno, (quem Cosinus domi à puero ad liberos in literis instituendos educaverat) Platonicorum dogmata hausit. *Erut. lib. 5. biff. Flor. 49. Joovius in Leone X.*

PARENTES.

Job omnium patientissimus, doctrina, & exemplo liberos suos ad tolerantiam, & quendam animi tranquillitatem instruxit. Nam qui patrem, & tot cladibus affectum, ærumofumque in pietate, & officio permanentem videre, tolerantiaque omnia ferentem, hi (ut credere æquum est) si ruinam, qua demum obruti sunt, prævidere potuissent, tam fortiter tulissent, quam senex uno casu omnes tulit amissos. *Sab. lib. 3. c. 2.*

David jam moriturus diligenter instruxit Salomonem filium suum, qui regnare debebat post eum. *3. Reg. 2.*

Tobias jam senex Tobie filio præcepta dat, ut se mortuum sepeliat honorificè, matrem honoret, & alar, quoad vixerit, memor dolorum, quos ejus causa in partu pertulisset, vita fundam secum honestè sepeliat, justitiam colat, improborum societatem fugiat, liberalitatem erga pauperes exerceat, ab omni impudicitia abstineat, uxorem ex suis cognatis petat, superbiam vitet, bonis consiliis obtemperet. *Tobie 4.*

Raguel Saram filiam, quam junio Tobie desponsarat, cum marito abeuntem monuit, ut locerum, & focrum loco parentum honoraret, maritum diligeret, familiam regeret, domum gubernaret, se inculpata præstaret. *Tob. 4.*

Timotheum Pauli Apostoli discipulum, & commilitonem avia Lois, & mater Eunice in vera pietate erudierunt, licet pater idolis ferviret. *2. Tim. 1.*

Lymyrii uxores habuit communes, & liberos communiter alunt usque ad annos quinque: deinde sexto anno omnibus pueris congregatis, similitudines ipsorum ad viros conjeçtant, & unicuique similem tradunt puerum eorum parenti, quem ille acceptum pro filio educat. *Ex Nicol. de More gent. Stob. 42.*

Chaldaeorum, & Ægyptiorum sacerdotum pueri à patribus discunt philosophiam, omni aliarum rerum cura posthabita. Itaque, tum quia à teneris annis in ea doctrina erudiuntur, tum quia diutius in illa perseverant, doctissimi evadunt. *Diod. lib. 2. c. 8. 19. lib. 1. c. 6.*

Lamponem Ægypticam Pindarus Ode 6. Isthmiorum laudat à præclara institutione filiorum, inquit.

Δαμων δὲ, μυσίαν ἱερὸν ὄψιδον, ἰσθμίου μάλα τιμῆς ὄντος ἔτος, ἰσθμίου πρὸς τὴν πατρίδα, ἔπειθ' ὅσα κίερον ἐν ὑποθήκῃ, Ἠφέστιος ἐν ἱερῷ ὄψιδον.

Epaminonda Thebanum Polymnis pater, quamvis pauperissimus, patriis omnibus disciplinis à puero erudiendum curavit, & Lyfiam Tarentino Pythagoræ commisit. *Pausanias in Bœoticiis, 19. Diod. lib. 1. c. 16.*

Procul Naucratis usque adeo indulgens in filium fuit, ut in alendis canibus, avibusque adesset: dicitans, has nugas Hæmæ cum fenibus dimittitur, quam cum aequalibus. *Philosophus.*

De Antigene Siculo extat Antipatri Theffalonienfis elegans carmen. *Apud Stobæum sec. 5.*

Ἀπὸ τῆς οὐρανίας ἰσοῦς ὄντος ὄντος θυμητὸν ὄντος, ἐπὶ τῷ ἴδιῳ νυμῷ ἴδι δὲ δῶ. πᾶσι δὲ καὶ πατρὶ, καὶ ἴδι δὲ τῷ, τῶν σπουδαίων καὶ κατὰ τὴν ἀρετὴν πέντε βίῃ. τῷ δὲ τῶν οὐρανίων, ἀγαθὸς ἴδιος ἰσθμίου, ἔπειθ' ὄψιδον, πῶς ἀρετῆς βιβλιοθήκη.

Antigenes Gelaos hunc sermonem aliquando ad filiam dixit, cum jam esset moribundus: de forma virgo, & filia mea, sociam tibi retine colibus, sufficientes tenui vita opes. Quòd si viro nupteris, Græjæ parentis mores observato probos, simillimam viro detem.

Evenor

Evenor Parrhasium Ephosium filium in pictura instituit: A ut Mycon filium Timaretem. *Plin. lib. 35. c. 9.*

Hippocratesille magnus, Cous, patrem Heraclidam ex genere Asclepiadarum in arte medica præceptorem habuit. *Soranus in ejus vita.*

Æneas apud Virgilium Afcanium filium his verbis planè aureis instruit:

Disce puer virtutem ex me, verumque laborem, Fortunam ex aliis. —

Brevis præceptio, sed fertilis admodum, & fructuosa. Tib. Græco mortuo Cornelia cum XII. relicta liberis, cum in viduitate manens reliquam amisisset prolem, excepta unica filia, quæ Africano minori nupsit, & filiis duobus Tiberio, & Cajo, eos tanta eduxit cura, ut cum in pube Romana essent citrà controversiam summa indole, præclarius tamen instituti quam geniti viderentur ad virtutem. *Plut. in Gracchiis.*

L. Emilio Paulo maxime curæ fuit liberorum institutio: qui ipse Persico omni Macedonia regæ positus, ex tam opulenta præda nihil arripit præter libros regie bibliothecæ, quos B filiis habendos dedit. Periti ab Atheniensibus, ut sibi probatissimum philosophum mitterent ad erudiendos liberos. Ille Methodorum Agenesium Carneadis auditorum, philosophum, & didorum in disciplina Romana, & veteri, quomodo ipse antè fuerat, exercevit. Verum in Græca ambitiosus, non solum enim grammaticis, & sophistis, & rhetores, sed plastes quoque, pictores, equorum, & catulorum rectores magistris venandi, cum adolefcentibus versabantur. Ipsi nisi negotiis publicis distracti, spectabant meditates, & exercebant se. *Plut. in Emilio.*

Cato Senforius filium suum instituit ipse in literis: licet scitum veteri literatore haberet, Chilonem nomine, qui multos pueros erudiebat. Notebat autem filium, ut ipse ait, à servo male audire, vel aure vellicari, si tardus discere, nec vero esse tantule disciplinæ causa obstrictum servo: verum erat ipse ejus ludi magister: ipse legum doctor, ipse lanista. Neque jaculari modo, & armis depugnare, atque equitare docuit filium: sed pugilatum etiam, æstum, & algorem tolerare, vorices, & fluctus luminis nando superare. Historias sua manu fe grandibus literis diei conscripsit, ut filius disciplina in majorum, & veterum instituta domo petere valeret. Turpiter loqui non minus filio præsentem, quam virginibus Vestalibus cavisse, nunquam cum eo in balneis fuisse. Tam præclarum fingenti opus ad virtutem Catoni, & confirmanti filium, cum responderet studium illius, etiam ob indolem obtemperaret mens, fed esset corpus ad toletandos labores mollius, remittit rationem vicius intentionem, & austeriorum. *Plutarch. in Cato.*

Fuit Julius Cæsar admirabili docilitate, & ad dicendi facultatem aptissimus, sermo ejus Latinus, excultus est domestic confuetudine ab Aurelia matre, quæ purè, ac eleganter Romane loquebatur, ut Mutia, Lælia, Cornelia, & alia primariæ matronæ: in quarum familiis insignes Oratores existerunt. *Lud. Vives in exordium Suetonii de Julio Cæsare.*

Julius Cæsar, cum Octavium adhuc infantem educandum sumpsisset, de eo statim benè sperare cepit, atque eum introducere ad nobilissimos viros, & ad omnia, quæ convenire & videbantur, qui summum imperium benè gesturus esset. Nam in omni genere dicendi Græcè, & Latine exercebatur: militiæ labores persecebat, perdiscebat omnia, quæ ad remp. quæ ad regnum pertinerent. *Xiphimus in Augusto.*

D Servii Oppidii memorabilis institutio his verbis ab Horatio lib. 2. Sermonum Satyra 3. exponitur.

Servius Oppidius, Canis divo prædia dives, Antiquo censu, natis deusse duobus Fertur, 19. hoc moriens pueris dixisse vocatis Adlectum: Postquam te talos, Aule, nucefque Ferre sinu laxo, donare, 19. ludere vidi, Te Tyberi numerare, cavus abscondere tristem: Extimui, ne vos ageret vesania discors, Tu Nomentanum, tu ne sequerere Cicutam. Quare per divos oratus uterque penates, Tu cave ne minuas, tu ne majus facias id, Quod satis esse putat pater, 19. natura coeert. Prætera ne vos titillet gloria, 19. jure Furando obstringam ambo, uter Adilis fuerit, vel Vestrum Prætor, is inestabilis, 19. sacer esto, In cicere, atque saba, bona tu perdasque lupinis,

Latus, ut in circo spaciare, aut ænus, ut flet, Nudus agris, nudus nummis insane paternis.

Augustus Cæsar filiam, & nepes ita instituit, ut etiam lanificio assuefaceret: veteretque loqui, aut agere quicquam, nisi propalam, & quòd in diurnos commentarios refereret. Extraneorum quidem coetu adeo prohibuit, ut L. Tucinio, clario, decoro juveni, scripserit: Quondam parum modestè fecisse eum, quòd filiam suam Bajas salutatam venisset. Nepotes suos Lucium, & Cajum, quos ab Agrippa in spem successione adoptaret, & literas, & natate, aliaque rudimenta per se plerumque docuit: ac nihil æquè laboravit, quam ut imitarentur chirographum suum. Neque coenavit unà, nisi in imo lecto assiderent: neque iter fecit, nisi ut vehiculo anteirent, aut circa aequitarent. *Suet.*

Maurutorum rex Masinissa, ut testatur *Prolem. lib. 8. Comment. quærentibus simias coemere, dixit, Apud vos ò viri, mulieres pueros non pariunt? Nam Masinissa filiorum pueros apud fe nutrebat. Complures erant filiarum etiam filii, quos omnes ad triennium usque educabat. Quo spacio peracto ad parentes eos remittebat, aliofque denuo capiebat. *Eubulus Comicus in Gracchiis. Athen. lib. 12. cap. 8.**

Horatius Patris sui libertini hominis studium in educando F filio, cum alias, tum præsertim *lib. 1. Serm. Satyra 6.* prædicat.

— Pater macro pauper agello Noluit in Flavii ludum me mittere magni, Quòd pueri magnis è centurionibus orti, Lævo suspensis loculos, tabulam que læcorta, Iban, oclonis referentes idibus era: Sed puerum est ausus Romam portare docendum Artes, quas deceat quavis Eques, atque Senator Semet prognatos, Vestem, serosque sequentes In magno, ut populo si quis vidisset, avita Ex re præberi sumptus mihi crederet illos.

Ipse mihi custos incorruptissimus omnes Circum doctores aderat. Quid multa? pudicum. (Qui primus virtutis bonus) servavit ab omni Non solum factò, verum improbitate quoque turpi Nec timuit, sibi ne vitio quis verteret, olim Si præco parvas, aut, ut fuit ipse coactior Mercedes sequeretur: neque eo effem quæstus. Ob hoc nunc Laus illi debetur, 19. à me gratia major.

Mater D. Clementis Apostoli Athenas Roma proficisci voluit, ubi ipsa quidem sine periculo vivere posset, G filii verò bonas literas docerentur, ut refert ipse *Clementis lib. 7. Recogn.*

Alexander Imper, à Mæfa avia optimè institutus, & à matre Mamma Mortua Mæfa, Mamme multo impensius incipit in filii institutionem, nec pati cum adiri à quoquam malorum artium artifices. Sed auctor erat adolefcenti, ut in his se artibus exerceat, quæ Imperatori necessaria essent, adeoq; natura sua spontè mitis maternis profecit concillii, ut quatuordecim annos incrementum egerit imperium, ne uno quidem interfecto. Irascaturque Mammæ matri, quòd exultandorum opum paulò cupidior esset. *Sabell. lib. 6. En. 7.* Ipsa undique imperium custodiebat, eique persuadebat, ut longissimo tempore jus dicerent, quò illa occupatione distractus tempus non haberet ad precandam. *Suidas.*

Zonobia Palmyrenorum regina, quam Aurelianus Imp. in triumpho duxit, filios suos Herennianum, & Timolaum adeo exercevit Latino sermone, ut Græcè vel difficile, vel raro loquerentur. Nec ipsa Romane ignare lingue, sed rariùs sic locuta, pudore cohibita. Ægyptiacè plurimum loquebatur. Fuitque Alexandrinæ historia, totiusq; orientis peritissima, quam in formam Epitomes redegitse traditur. *Sab. lib. 7. En. 7. ex Pollione.*

Adelia Hermiæ uxor, cognata magni Syriani philosophi, pulcherrima, & optima Alexandrinatum mulierum, moribus marito similis, patrimonio ob beneficentiam erga pauperes obarato vidua relicta, cum pupillis duobus, Ammonio, & Heliodoro, ut in philosophia filii erudirentur, & patris doctrinam unà cum patrimonio consequerentur, cum iis Athenas navigavit, Hieracæ Synesii fratre comitant: Virtutem ejus, cum reliquis philosophorum cætus, tum anteqvianus Proclus sunt admirati. *Suidas.*

Helena Constantianum Magnum F. uem instituit, ut virtute animofus esset absque superbia, & Republicam summo studio curaret, Deoque cum timore, & tremore serviret. *Suidas.*

Amalafuenta Ofthogothorum in Italia regina, filium Atalaricum Romanis moribus, & disciplina instruemdum curavit.

vit. Et facile in optimo principem evasisset, nisi tres Gothi illius educatores, rapinis, quibus affluere erant, inhiantes, prudens Regina consilium impedivissent, affirmantes Gothorum proceribus nequaquam placere, Regem sub magistrorum tyrannide educari, qui minis, & verberibus meticolosum servum efficiant; praeferat majorem reverentia solutum, inter coevos vivere, armaque & equos tractare, quibus animi vigor, generositasque a majoribus accepta indies augetur: Theodericum patrem, qui tantum acquisivisset imperium, ab literis abhorrentem, frequentius usurpasse, haudquaquam eos, quos ferule timor jam semel invasisset, gladiis, & lanceas roleratur. Adolefcens ergo in lasciviorum vitam resolutus: praefertim post Justini Imperatoris fatum, cujus potentiam formidabat, matrem neque adire, neque alloqui dignabatur. Regina tres illos auctores, suafereque malorum, in diversas Italig provincias, ne regiam indolem penitus corrumpere, sub specie honoris dimissis, immixtis clam percussoribus occidit, adolefcem sibi reconciliavit; & melioribus consiliis imbucens, effecit, ut spem de se bonam (si per fata licuisset) polliceretur. *Jo. Magus lib. 10. c. 2. & 3. & 4. Suida.*

B Agilulpo Longobardorum rege mortuo Adoaldus F. cum Theodelioda matre, magno totius gentis studio, & favore regnum per manus accepit, mansitque regnum puero incolome, pacatimque toto decennio, quo vixit muliebri tutela. *Sab. lib. 6. En. 8.*
 Carolus Magnus Imper. maxima cura liberos educavit. Nunquam domi sine ipsis coenavit, nunquam iter fecit, quin filii adaequarent, filii vehiculo extremo agmine claudente subsequerentur ut ipsos liberalibus studiis instrui possent. Mares, simul ac per ztatem licuit, more Germanorum equis, armis, venationibus exerceret; feminas vero etiam lanificio, colo, fustoque, ne otio torperent, assuefecit. Atque haec, cum admodum pulcre essent, nullam earum nuptum dedit usque ad mortem, negans se eorum consuetudine carere posse. *Aventinus lib. 4. Emilii lib. 2. Cusp.*

C Geisa Ungariorum rex, ut filius Stephanus, cum lacte praecipua facta legis imberet, operam dedit. *Bonfin. lib. 1. Dec. 2. 1. et 2. Ungar.*
 Edoardus rex Anglorum filias suas ita instituerat, ut literis vacarent, colum, & acum exercere consueverent, & his artibus publice pubem virginibus transferret. Filios ita, ut primum eruditio plena literarum in eos conflueret: & deinde quasi philosopho ad gubernandam Rempublicam, non rudes procederet. *Guilelmus Malmesburienfis lib. 1. de gestis Anglorum, & Remulphus lib. 6. c. 4.*

Blanca Hispana D. Ludovici Francorum regis mater, eo adhuc impubere, ex mariti testamento rebus administrandis praefecta, quod mulier, quod externa, quod exterorum fidem confilios uteretur, iniquos, amulosque habuit: alioqui sine controversia, sine exceptione laudibus cumulata. Ferunt, illam a puero filium ita instituisse, cumque religione imbuisse, ut in animum induceret malle emori, quam caelus conciperet: Patrem quoque Ludovicum Regem opinio est ea contentia in summa omnium rerum licentia, temporibusque corruptissimis extitisse, ut usum voluptatum intra septa matrimonii cohiberit: ut mirum non fit, tali utrimque indole, domesticisque institutionibus, ac exemplis sobolem sanctam fuisse. Et sanctam per se matrem, filius ubi adolevit, etiam sanctiorem effecit. *Emil. lib. 1.*

D Ludovicus Crausus Francorum Rex, triginta regnavit annis: & ne quid fortunato decessu deesset, cum fatalem sibi diem appetere sentiret, revocavit filium Ludovicum Junionem regem & Vasconia: coramque hortatus est, obtestatusque, ut magis pie regnaret, quam ipse fecisset, religionem fovaret: egentibus consuleret: orbis, pupillisque prospiceret: paci, communicare dignitatis, ac saluti inserviret: Regnum nihil aliud quam procuracionem, munusque publicum existimaret: cujus in vita administratis edendam exacte rationem continuo post fata sciret, sedente in se immortalis iudice, sua cuique facinorosa parata praesenti, sempiternaque mercede. *Emil. lib. 5.*

Anastasia Matthaei Magni Vicecomitis mater, puerum raris inter Italicas matronas caritate propriis uberibus aluit, adultumque usque ad diligenti, & plane virili cura honestissimis moribus instituit, ut Ocho Vicecomes, Mediolanensis Archiepiscopus, nescio quid egregium, & vere magnum in pueri indole se confpicere fateretur. *Jovius in eius vita.*

Paulo antequam Laurentius Medices vita excederet, Joannem Cardinalem F. Romam cum insigni comitatu ad Innocentium VII. misit, deditque ei praecipua summam plena pru-

dentia, peculiari bello ad honestissimam vitam rationem conscripta. Quibus tanta incubuit diligentia Joannes, ut licet E. pullus patria, cum Petro, & Juliano fratribus, tamen ob ingenii liberalis, cruditi & obsequens vim ab omnibus mortalibus diligenter, & tandem reductus Hispanis armis in patriam, ad Pontificatum sub Leonis X. nomine perveniret. *Jovius in eius vita.*

Laurentius, & Julianus Medices, Petri Ff. praeter naturae dotes domesticam disciplinam habuere optimam, Lucretia Tornabonae matris lectissima femina, quae literarum quoque studiis dedita erat, imitatione. *Brunus lib. 2. bist. Florent.*

Maria Lusitanae regina, Emmanuelis uxor, filios octo enixa, & juxta caritate disciplinae severitate in puerili officio continebat, nec permittebat, ut aliquid ludendo committerent, quod ab honestate abhorreret. Nullum, quantumvis leve, puerilis flagitii vestigium in illis in punctum relinquebat. *Orosius lib. 1. 1. 1. et 2. En.*

NUTRICES.

Ferunt, natam Minervam a Dedaide nutrice educatam fuisse, muliere sane ingeniosa, & ad omnia praecura opera prompta, quae illam omnibus artibus erudit. *Passidanius de Diis, & Heroibus Natalis Comes Mycol. lib. 4. c. 5.*

Nutrices, vetat Plato, inanes, aut aniles fabulas pueris suis narrare. Idem praecipendum matribus: hinc enim fit, ut quidam ex prima illa educatione in grandiore aetate, vel teneros, vel fractos, & pueriles animos referant, nihil ut grave, ac prudens audire, & suscipere queant, sed tantum libros ineptissimarum fabularum sectentur, qui nec veri quicquam narrant nec verissime. *Lud. Vroes de Christ. sem. lib. 2. ex Plat. de Institut.*

Basilius Magnus passim gloriatur, se Christianis natam parentibus, & a Macrina nutrice educatam, quae Gregorii Neocasarientis discipula fuerit, ejusque conciones referre solita animum suum vera pietate imbuebat. *Basilii in Epistola ad Neocaesarienses.*

D. Augustin. lib. 9. Confessionum cap. 8. Anus cujusdam memini, quae Monica matris suae, & forenter educationi praefecta erat, quae fide illa erudierit, inter caetera & hoc addit: Praeter illas horas, quibus ad mensam parentum moderatissime alebantur, etiam exardescere sibi, nec aquam bibere sinebat, praecavens consuetudinem malam, & addens verbum Ganum: Modò aquam bibitis, quia in potestate vinum non habetis: cum autem ad maritos veneritis, factae dominae apothecarum, & cellariorum, aqua fordebit, & mos potandi praevalebit.

FRATRES, SORORES.

Theodosius junior filius Arcadii Imper. cum pater obiret vixdum octo natus annos, Anthemio praefecto imperium administrante, à Pulcheria sorore bonis disciplinis, ac moribus institutus fuit. *Cusp. ex Zonara.*

PATRI.

Romani suos liberos fratribus educandos dabant, quod apud eo & caritas esset generis, & indulgentia paterna erga filios abesse. *Volat. lib. 30. Philologiae 29. & Alex. lib. 2. cap. 15.* Hinc illud Saetyrici:

Dum sapiamus patrius.

Numidia Quadratilla licet Pantomimis impense delectaretur; Quadratum tamen nepotem hujuscemodi spectacula accedere non sinebat. *Plinius Caecilius auctor. qui Histulae, amittae uxoris suae, pro bona institutione gratias officiose agit in Epistolis.*

MARITI.

Tu quidem, inquit Plut. in Praeceptis ad Pollianum, talis jam es aetatis, ut incumbere debeas in philosophiae studio, quae cum demonstratione, & probatione traduntur, mores fac, ut exornes, colloquendo, ac sectando eos, qui prodesse tibi possunt. Uxori vero Eurudicae, quod ex usu est undique apud modo colligens, ac ferens in templo, participia, ac fere docta colloqua, atque ita gratas ei familiares doctrinas optimas relle:

Quandoquidem pater es tu illi, venerandaque mater, Tu frater.

Nec minus est uxorem audire dicentem grave. *Al. es tu mihi vir*

praceptor, & philosophus, & rerum magister optimarum, & divinissimarum. Etenim à rebus absurdis abducunt hujuscemodi disciplinae mulieres. Erubescit enim, quae geometriam addidit femina, saltare: neque venesciturum desiderabit incantamenta, quae Platonis fascinata sermonibus est, & Xenophonis,

phontis. Quod si qua devorare lunam proficetur, ridebit A inscitiam, & insultantem earum, quae hinc fidem adhibent, mulierum, quae astrologia non fit rudis.

Thomas Morus Anglus, vigilis, jejuniis, precationibus, aliisque consimilibus programmatibus sacerdotium meditabatur. Neque quicquam obstat, ad quum sese huic generi addiceret, nisi quod uxoris desiderium non posset excutere. Virginem duxit admodum puellam, claro genere natam, rudem adhuc, utpote ruri inter parentes, ac sorores semper habitam, quo magis illi liceret illam ad suos mores fingere. Hanc & literis instituendam curavit, & omni musices genere doctam reddit, planctum talem penè finxerat, qui cum lubuisset universam aetatem agere, ni mors praematura puellam sustulisset è medio, sed enimam liberos aliquot. Paucis mensibus à funere uxoris viduum duxit, magis curandae familiae, quam voluptati: quippe nec bellam admodum, nec puellam, ut ipse joci solebat, fed aeternam, ac vigilantem matrem familias. Vix ullus maritus à sua tantum obsequii imperavit imperio, atque feueritate, quantum hic blanditiis, jocisque. Effecit etiam, ut mulier jam ad senium vergens, ad hoc animi minime mollis, postremo, ad rem attentissima, cithara, testudine, monochordo, tibique canere disceret, & B in hinc rebus quotidie praescritum operae penum exigenti marito redderet. Induxit denique & tertiam. *Erasmus in eius vita.*

UXORES.

Vide Titulum, Magistri pietatis, superstitionis, Uxores. Eva prima mater à serpente persuada de fructu verbi comedit, & quod exitialis fuit, Adamum culpae participem suo fecit consilio. *Gen. 3.*

Socrates rogatus ab Antisthene, Cur qui caeteros juberet uxores suas docere ea omnia, quorum peritas effluerent, Xanthipen tamen suam omnium, quae sunt, fuerunt & erunt mulierum molestissimam, bonis moribus instituere nesciret? Quod, inquit, eos etiam video, qui equestri, rei perillissimi fieri volunt, non illos sibi equos comparare, qui libentissimè parent: sed valde animofos. Existimant enim se, si tales cohibere possint, faciliè alios etiam equos tracturos. Itaque ipse, cum uti hominum consuetudine cupiam, hanc mihi quaeriss, cum scirem futurum, ut si eam tolerare possem, faciliè cum universis hominibus caeteris versarer. *Xenoph. Convivio.*

C Leonidas rex Spartanus, stragulato in carcere Agide, ejus uxorem Agiatidem nomine, quae nuper pepererat filium, quod collocari eam noller alteri (erat enim opulenti heres patrimonii Agias Gylippi patris, aetatisque, & forma flore inter feminas Graecas longè praecellente, & probatis moribus) domo extractam, vi filio Cleomeni despondit, haud satis ad nuptias maturo. Quapropter multa movit illa, ut ferunt, orans, ne compelleretur inopita. Ut vero connubio juncta Cleomeni fuit, Leonidam egerat: erga ipsum adolescentem bona uxor & amans fuit, viri, qui mox à nuptiis dilexit eam, atque aliquatenus amor in Agim uxor, quae reminisceret ejus, motus fuit, ac subinde ea de re percontabatur, & atrenè exponente m dicebat Agidis consilium, & institutum. Itaque uxoris monita secutus, Ephoros tandem interfecit, & Agidem se repta praestitit, aequalitatem à Lycurgo institutam reducendo. *Plut. in Agide.*

Autharis Longobardorum Rex, Theodelindam, Garibaldi Bavarorum regis filiam duxit uxorem, sed anno vix dum exacto fato perit. Conceptum agitari de novo rege creando. Caeterum quia parum inter primos conveniebat, quos omnium D potissimum crearetur, eo decursum est, ut quem Theodelinda ex omni ducum numero sibi virum legisset, is totius gentis rex esset, tanta tum indoles in una fuit femina, ut genus hominum ferrox, & immane non dubitaverit amplissimi regni summam ejus arbitrio subicere. Quanta in Theodelinda virtus fuerit, divi Gregorii demonstrant epistola. Legit haec sibi virum Agilulphum, Taurinorum ducem, virum fortem, formaque, & aetate florentem. Haec sanctioribus Gregorii Pontificis praecipis imbuta praeferecem alioqui virum, dextrè monendo, veritatisque lucem oculis ad modum ed traxit, ut omnibus suae gentis auctor fuerit, & malorum demonum cultu, delectandaque haereti, sese vindicandi. Restituit inde omnia, quae Lombardi divorum templis ademissent, auxitque donaria, superadiecit & praedia. *Sab. lib. 5. En. 9.*

D. Margarita, D. Eduardi Anglorum regis ex Eduardo filio, & Agatha Pannoniae regina neptis, Malcolm III. Scotorum regi nupta, & maritum, & subditos ad religionis studium mirifice inflammavit. David filius, qui patri in Regno successit,

sic, parentum pietatis imitator: Henricus Davidis patris, licet ante patrem obierit. Malcolmus & Henrici patris, & avi haeres non magis Regni, quam sanctimonie, ob perpetuum castitatem Virginis cognomen meruit. *H. Boet. lib. 13.*

Monica B. Augustini duplex mater fuit, nam cum & mundo, & Christo peperit.

DOMINI.

Cornelius Centurio Caesariensis pietatem, quam hauserat, omnibus quoque vernis, & domesticis suis communem esse voluit. Atque, ut ipse D. Petrum, sic rota ejus familia ipsum Cornelium praepceptorem habuisse videri possit. *Act. 10.*

M. Craffus, cum servos plurimos anagnostas, scriptores, argentarios, dispensatores, fructores haberet, is tamen ordinibus docendis, instructis, & praeceptis, quod domino maxime convenire arbitraretur servorum curam, qui rei domesticae animata essent instrumenta. Reliqua enim à servis servos à domino gubernari debere dicebat. *Plutarchus in ejus vita.*

SERVI, CAPTIVI.

Naaman Syrus à captiva Puella Israelitide de sanctitate Elisabeth Prophetae instructus, ad illum protectus, à lepra mundatus est. *3. Reg.*

Athenienses duce Micia parum feliciter aliquando pugnaverunt adversus Siculos, permultis occisis, plerisque captivis in Siciliam abductis, qui Siculorum filios literas docere coacti sunt. Proinde pauci, qui fuga clapsi redierant Athenas, rogati quid hic, aut ille faceret in Sicilia, respondebant. Aut periret, aut doceret literas. *Eras. in Adag. ex Zenod.*

Livius Andronicus primus apud Latinos fabulam docuit, Livii Salinatoris servus fuit, eoque liberus erudit. Mox manumissus, & Livii nomine donatus, cum prius Andronicus diceretur.

Iberi Asiani (qui hodie Georgiani dicuntur) ad Christianismum conversi sunt à Muliere Christiana, quam captivum abduxerant. *Ruffinus lib. 1. c. 20. Socrates lib. 1. c. 20. Vide Tit. Conversorum.*

HOSPITES.

Cum Q. Fabius Maximus Tarentum reciperet, sub eo forte admodum adolefcens militabat M. Caro. Hospitio usum Nearchi cujusdam Pythagorici, desideravit eam disciplinam intelligere. De iisdem cum disserterent illum audivisset, quibus usum Plato est, qui voluntatem maximam mali esseam vocat, & calamitatem animae primam, corpus, liberationem, & purgationem, illas cogitationes, quibus maxime à corporis affectibus avocet, & abduxit se ipsam: amplexus est multo acrius frugalitatem, & continentiam. *Plut. in Catone.*

HOSTES.

Henricus IV. Jacobum Roberti III. Scotorum regis, licet hostis, F. in liberati penes se custodia habuit, & optimis praepceptoribus erudiendum tradidit. Proinde ad tantam probitatem, atque eruditione pervenit, ut omnibus admirationi foret. *Vide Tit. Hostes magistri.*

MORTUI.

Agis Spartanorum rex, ob novas tabulas, & legem agrariam à Leonida rege amulo in carcere necatus fuerat. Ejus viduam Agiatidem, cum Leonidas Cleomeni filio vel invitam nupti dedit: uxoris familiaritate motus Cleomenes, Agidis consilia commendantis, Ephoros tyrannidem exercentes contra ipsos reges sustulit, ac alienum remisit, agros ex equo partem est. Et hic, quod virum non poterat Agis, mortuus per uxorem impetravit, ut aequalitas à Lycurgo instituta reduceretur. *Plut. in Agide.*

BRUTA.

Bruta quatenus vel involunt, vel docent aliquid ad theatrum Brutorum per se pertinent. Huc referuntur tantum respectu hominum, qui illorum exemplo erudiantur.
 Phitacus avic Leonem Basilii Macedonis Imper. F. injustè captivum, sua voce liberavit. *Vide Tit. Clementia magistri Bruta.*

QUALES. NEMPE

OBLATI FORTUITO.

Ex praecedentibus Exempla quaedam erudentia.

DELECTI. MAGISTRI EX

PROFESSO.

Vide supra, Populi Magistri.
 Apud Thuriis, & omnem ferè Graciam lege cavebatur, ut pueris, cum primum adolefcerent, magistros studiorum, doctos aetate,

atque, & usu, in uno tyrocinio publica impensa proficerent, utque plures unius cura, disciplina mandarentur, qui magister esset, & comes, sicut de Thucis, & Masilienibus traditur. Idem apud Iberos Sertorius fecit, ut magistris scientissimi, qui artes docerent liberales, ingeniosque educarent, stipendium de publico daret. Alexander Macedo multis militibus puerorum ex Perside magistros dedit, qui Græca instituta, mores, militaremque disciplinam præcipere. Vespasianus Græcis, Latineque rhetoribus annua centena dedit. M. Antoninus Pius rhetoribus per omnes provincias annua salaria constituit. Trajanus quoque adolescentes ad quinque milia bonæ indolis: ex omni Imperio selectos, publicè ali, & parentis affectus paribus disciplinibus erudiri curavit. *Alex. lib. 2. cap. 25.*

Charondas Thuriorum legislator, liberos civium omnes in ludo literarum rudimentis instituendos, tradi, conducti ad id mercede, & ære publico præceptoribus, lege iussit. *Diodorus lib. 12.*

Syraculis fervilem scientiam quidam edocebat, pueros mercede instituendos, ut coquinariam scirent, vel id genus famulatum alium. *Arist. lib. 1. Polit.*

Agellus Xenophonti illi sapientem, quem secum magno in honore habebat, liberos, suasit, ut acciret, & Lacedæmonie edoceret, quo pulcherrima disciplina imbuerentur impetrandi, atque parendi. *Plat. in Apoph.*

Phocion Atheniensis, cum Phoci filii intemperantiam domesticæ disciplina cohibere non posset, Lacedæmonem misit instituendum: eoque adolescentum ordine collocavit, quem *ἀγέλης* Græco verbo dixerunt, nec dubitavit homo temperantæ cultor egregius, externam disciplinam Atticæ præferre, quam tum omnium præstantissima habebatur: ratus (quod certe est) vitam hominis magis exemplum proficere, & fastidire domesticæ. Cui cum dixisset Demades: Quin inducimur, Phocion, populum Atheniensem, ut instituta Laconica recipiat? Quod si mihi auctor sis, præsto sum ad ferendam, & suadendam legem. Tibi verò, inquit, admodum conveniat, tanto peius unguentum redolenti, & chlamydem istam gerenti, de conviviis Laconicis consulere populo Atheniensi, & Lycurgum laudare. *Plat. in Phocione.*

In ludo literarum non solum ingenii pueri, sed & virgines nondum adultæ, literis, & bonis disciplinis formandæ Romæ venditabant. Eligebatur aliqua Matrona insignis, spectata virtutis, toti generi propinqua, aut Vir gravillimæ disciplinæ, cuius sanctitate, & moribus tota familia, & infantilis cognatio, bonarum artium cupiens imbueretur. Apud eum in domo honestissima Hetruscæ primùm literas, mox Græcæ, & hæud multo post circumscriptas sententias, quas Chrius Græci vocant, ediscebat: deinde studia liberalia, & animi cultum: A quibus si quid esset offensum, pretertaxi angillarum regere, pueri ferula, & parentibus verò levioribus flagris, vel plagis, aut puerili verberè plecebantur: quibus exciti disciplinæ, ad virtutem vegetabant animos, coporaque. *Alex. lib. 2. cap. 25.*

Alypius Alexandrinus, Jamblichus equalis, philosophus insignis, multos habuit sectatores: sed ejus institutio inter colloqui, & privatæ disputationis terminos stabat, librumque nemo proferbat. Tantum erat illi dialecticæ studium. *Eunapius in Jamblicho.*

QUO INSTRUMENTO.

Vide supra, institutionis Forma quoad Instrumentum, QUO STUDIO, DILIGENTIA, PROMPTITUDINE. Huc

Diligentes, Prompti.

Epicurus Atheniensis tanto studio Discipulos exercebat, ut etiam memoriter tenerent ipsius scripta. *Laert. lib. 10.*

Aristo Chius male audienti apud Sophistas, quod cum quibusvis colloqueretur: Fere quoque, inquit, vel sermonum capaces essent ad virtutem stimulantium. *Plutarch. Cum principibus philosophandum.*

Archelaus Pitanus, ut doctissimus erat, & in docendo promptus, atque diligens, ita etiam in communicandis rebus suis mirè facilis. *Laert. lib. 4.*

Augusti Cæsaris in docendo suos studium. *Vide Tit. Parentes magistris.*

Cum Mathematicus proconsuli in Asia seniori Gordiano

prædiceret, ad Imperium ipsum perventurum, & Gordianum verbis suis non habere fidem perspiceret: artis suæ libris, atque instrumentis, per rationem omnia, quæ dixerat, probavit: adeo ut fidem apud eum, etiam experimento ipso sibi faceret: omnia enim, ita ut prædixerat, juxta tempus designatum evenerunt.

Zeuagnius monachus quamvis cæcus esset, tamen sedulo circueivora, docens, confirmans, reprehensens. *Theodoretus lib. 4. cap. 28.*

Asclepius Afer in Bajensi territorio parvi vicini Episcopus, in docendo extemporanea facultate prædixit erat, circa annum Domini 440. sub Theodosio juniore. *Gennadius in Catalogo suo.*

Joannes Mailrosius Scotus, Bedæ discipulus, in V Vermuthenfi cænobio, cum Claudio Clemente populari suo Parisios venit, opera mercatorum quorundam Britannorum. Alii eos à Acotorum rege Achajo ad Carolum Magnum miscos asserunt. Parisiis in forum publicum progressi, cum aliis mercatoribus venalem habere. Erat tunc apud Carolum Albinus, qui cum illis Bedam audiverat. Is Regi persuadet, ut scholam instituat, & scholam illos præficiat. Paret rex, & prima Luthæsiæ Academiæ fundamenta jact. Joannes postea à Carolo Ticiunum quoque missus est Gymnasii instituendi causa, anno Domini 972.

Bartolus, quinquennium consumpsit integrum in prælectione legis, *De atate, ff. de minoribus. Richard. in ejus vita.*

NEGLIGENTES.

Sub Tir. Negligentiæ quedam.

* Magnanimitas.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Magnanimitas Græcè μεγαλοψυχία, est virtus, quæ veritatem circa magna, secundum Aristotelem. *lib. 4. Ethicor.* importat enim intentionem animi, vel ad magna absolute, vel secundum proportionem, ut docet D. Thomas 2.2. p. 229. art. 1.

Definitur autem optimè, quod sit virtus ad opera magna, & heroica, in omni genere virtutis inclinans. Is enim magnus animus dicitur, qui ad magna aspirat, eaque sola cogitat: exigua despiciit. In rebus autem humanis præter virtutem nihil magnus.

HUJUS VIRTUTIS OFFICIA.

Principale hujus virtutis officium est, opera magna, seu quæ magno honore sunt digna efficere, non propter honorem mundi, qui est res caduca, vana, transiens, sed propter ipsorum operum excellentiam, ratione cuius honore sunt digna.

Secundum munus est, appetitum honorum moderari: neque nimium extollit, si conferantur: neque nimium tristari, si denegentur.

Tertium, in omni prospera æquè, ac diversa fortuna, se moderatum exhibere, cum nihil magni æstimet, quam quod verè est magnum, omnia temporalia magnanimitas facile contemnit.

SUBJECTUM.

Vera magnanimitas reperitur in iis maximè, qui spiritus omnibus, quæ in mundo sunt, Christi moniti, & consilia sequuntur, & ad illam vitam suam componunt. Nam magnitudo animi in duobus potissimum consistit, nempe in contemptu eorum rerum, quæ magni vulgo æstimantur, ut sunt divitiæ, delicia, honores, & conatus ad ea attingendi, quæ verè sunt ardua, ut sunt omnia cælestia. Quamvis in aliis rebus etiam communiter usurpetur magnanimitas apud Ethicos.

EXEMPLA ETHICORUM, ET APOPHTEGMATA DE MAGNIMITATE.

Democritus scicitarus: Quid esset magnanimitas? respondit, Leviter ferre frustrationem. *Stob. serm. 106.*

Socrates, quidam ei, cum alio quodam colloquente filium ejus mortuum esse nuncupavit, ille verò colloquio absoluto, Nunc, inquit, abeamus, Sophronici funus curaturus. *Eodem sermone.*

Diogenes adversis quibusdam casibus pressus, dixit, Euge, ò fortuna! tu viriliter mihi præces. *Eodem sermone.*

Phavorinus

Phavorinus dicebat, virum in vera magnanimitate, & philosophia educatum, antequam & calamitates ingruant, animi tranquillitatem intra se reconditam habere. At inquit, in rebus adversis aliana consolatione opus habere, id tranquillitatis animi modum excedit. *Ibid.*

Xantippe de Socrate marito suo dicebat, cum infinitæ mutationes & Rempublic. & ipsos occupassent, in omnibus similes se vidisse Socratis vultum, & exequitis domo, & domum redeuntis. Ad omnia enim concinnus, & magnanimitas erat, quamobrem nihil unquam ipsum tristitia affecit. *Stob.*

Magnanimitas est, inquit, qui omnia facile fert: pusillanimitas vero, qui ne parva quidem, *Stob. ser. 7.*

Epictetus dicebat esse quosdam leviter magnanimos, qui tranquillè facerent absque iracundiæ motu æquè magna, atque alii vehementer impetiosi, & iracundi. *African. in differ.*

Turpius est amittere possessa antea, quam non potiri, quæ antea non tenueris, & convenit adversus hostes ire, non tantum confidenti animo, sed etiam clatu. Nam & timidi gloriari possunt in rebus secundis, quæ casu eis acciderunt: sed animi celsitudo in illis est, qui ratione confident, & in quibus considerata fortunæ æqualitate, prudentia tamen prospicit diffimiles causas audendi, nec cæca spe ducitur, quæ est fallax, sed consilio movetur, quod minus fallit collata utrorumque potentia. *Thucyd. 1.2.*

Non socordiam, timoremve insert, cogitatione versare, quemadmodum præsentibus rebus utendum sit, sed gravitatem, & audentiam. Si enim ubi demum, quæ profutura sunt, innoverit, illud sequetur omnino ut jure audere omnia queas tanquam non in expectem fortunæ eventus. *Agath. histor. 1.1.*

Animi promptitudinem tam diu profuturam esse existimo, & magna laude dignam, quam diu moderata est, nec jacturæ quid audere se possidentibus. Nam & bona omnia, cum nimia fuerint in deteriora verti consueverunt. *Procop. de bel. Goth. libro 2.*

Excellentibus ingenii citius defuerit ars, qua civem regant, quam qua hostem superent. *Liu. Decad. 1.1.2.*

Maximo cuique id accidere, animo certum habeo, ut se non cum præsentibus modo, sed cum omni avi claris viris comparat. *Liu. Decad. 3.1.8.*

Secundæ re ingenio modico, & submissio præditos attollunt, ut magni sibi videantur, cristasque erigant, cum excellenti loco se constitutos cerunt: vera animi magnitudo, et constantia, in rebus adversis ferendis, emendandisque casibus clucescit. *Plutarch. in Eumene.*

Facilia est difficillimis animi magnitudo reddit. *Cæsar. lib. 2. de bell. Gal.*

Multum est hominibus prædium in animi firmitudine. *Ibid. lib. 3. de bel. civil.*

Roma à Gallis capta, C. Attilius barbam suam permulcenti Gallo scipionem vehementer istu capiti inflixit, eique propter dolorem ad se occidendum ruenti cupidius corpus obtulit. Capi ergo virtus nescit, patientia dedecus ignorat. Fortune succumbere tristissimè ducit omni fato, nova, et speciosa genera interitus excogitat, si quisquam interit, qui sic extinguitur. *Val. Max. 1.3.*

COMITES.

Pertinet ad hanc virtutem, eamque velut comitatur, Fidentia, & securitas. Fidentiam quidem comitari volunt, quia non potest quis ardua generose aggredi, nisi multum confidat se posse conficere. Deinde fidentia oritur ex eo, quod quis animadvertat sibi suppetere vires, & auxilia ad res arduas peragendas, & quod earum perficiendarum desiderio teneatur; quorum utrumque est, in hac virtute. Securitas verò, dicitur quia qui res humanas non multum curat, & solis æternis est institutus, ad quas factis opibus, & prædium deo se habere sentit minus curis est solutus, & magna animi securitate fruatur, magna quoque confidentia securitatem parit. *Ita Lessius de Justit. & iure.*

INDOLES, PROPRIETATES, ET MORES MAGNANIMITATIS.

Virtutis hujus indolem exprimit Aristoteles, assignando viginti proprietates, sive mores.

L. B. Theat. vit. Hum. Tom. V.

Prima dignum se magno honore existimare: intellige spectato officio, quod gerit, vel donis Dei, quibus est, ornatus: cum hoc tamen stare potest, ut sit humillimus coram Deo, dum considerat se ex ipso nihil boni habere, nihil posse, nihil esse sine Deo in profundum malorum, immo in nihilum ruere, &c. Sic Sancti in cælis, & humillimi sunt, & tamen ab hominibus coli volunt, diversa sui consideratione.

Secunda, Modicè honoribus, etiam magnis, & à bonis viris oblati delectar, à vulgo, & ob res parvas delatos contemneret.

Tertia, In prosperis, & adversis moderatum se præbere.

Quarta, Non offerre se casibus parvorum periculorum, nec amare pericula, cò quod paucas res magni faciat; magnis tamen ubi de rebus præclaris agitatur, se exponere, & tunc vitam non parcere. Aristoteles tribus verbis, *σε τὴν ἐπιπορευομένην ἐν δὲ κατὰ τὸν ἴδιον δόξαν ἐπιπορευομένην*

Quinta, Acceptum beneficium majore beneficio compensare. Unde fit, ut non multum meminerit beneficiorum acceptorum; quia majoribus illa beneficiis obruit, quod intellige de beneficiis humanis, & vulgaribus, quæ ipsè facile potest vincere.

Sexta, Neminem aut vix quemquam togare: vel enim parva sunt, quæ ab aliis potest accipere; & ita non curat: vel certè sua industria potest consequi; & sic non vult ab alio pendere, nec alteri molestus esse.

Septima, Libenter alteri operam dare atque inservire: hoc enim est perfectionis, & *ἀγαθότητος* signum.

Octava, Cum viris Principibus, & opulentis præstare se magnum, & excelsum, nimirum illis non adulando, nec sine sua libertate opprimi eorum auctoritate, cum mediocribus, & infimis modestum, ac moderatum, sic enim Deum quodammodo imitatur, qui humilia respicit.

Nona, Non locis aut functionibus honoratioribus seingere: hoc enim potius est ambitiosus, quam magnanimi.

Decima, Cunctari, & quietem agere, nisi res magna sit proposita; quia parva non moratur; unde fit ut pauca faciat, sed magna.

Vndecima, Apertè odisse, & apertè amare; puta, quæ odiosæ, vel amore digna: Græcè est, *ἀποχρηστικὸς ἐπὶ κακοῖς ἀγαθῶν*, quia timens est, fronte occultare sententiam.

Duodecima, Apertè omnia dicere, & agere: intellige intra limites prudentiæ. Addit Aristoteles, amat enim orationis libertatem, quia ad alios contemnendos est propensus; id est, cum res humanas parvi faciat, facile ita se gerit, ut etiam alios parvipendere videatur. Quod intellige, quando de veritate, vel justitia agit: exempla habemus in Martyribus, & aliis viris sanctissimis.

Decima tertia, Uti diffimulatione in vulgus: non enim sua patefacit omnibus, sed tegit, non enim quærit vulgi laudes.

Decima quarta, Non posse alterius nutu vivere, nisi amici: servile enim id est, nec sine assentatione fieri potest; à qua ille longissime abest. Quod si amici nutu vivere potest, multo magis nutu superioris, qui & maximè est amicus, (cum omne bonum subdito ex sincera benevolentia velit, ac procuret) & loco Dei præstat. Unde patet, religiosam obedientiam cum magnanimitate non pugnare, sed ei consentaneam esse.

Decima quinta, Non facile admirari: nihil enim ei magnum est, inquit Aristoteles, puta in rebus humanis.

Decima sexta, Non meminisse injuriarum: viri enim magnanimi non est, aut idem, memorem esse, præsertim injurias animæ sunt, sed ea potius pro nihilo putare. Itaque privates sine sine persequuntur, quomodo enim non viles, quorum eo vindicatio, consistere potest: quanto generosius est statum suum extra fortunæ aleam repositum ducere, nec se à quoquam nisi à seipso ladi posse? Multum igitur errat vulgus, qui illos generosos, & magnanimos putat.

Decima septima, Non cupidè loqui de hominibus; quia neque ut laudetur sollicitus est, nec ut alii vituperentur; sed aliorum laudator est, nec maledicus, nec in inimicos quidem, nisi accepta contumelia. Ubi Aristoteles permittit illis rependere *κατὰ ἴσιν*, id est, probrum, seu convicium, accepta contumelia ab inimico: tunc enim non videtur esse contra virtutem, si moderate, & absque scandalo fiat, ut sic contumelia repellatur, plerumque tamen melius est dissimulare, ne videamur reddere malum pro malo,

M aut

A aut maledictum pro maledicto, contra preceptum Apostoli, & Domini nostri: idque majoris animi est, signum. Leo ad latratu canum vix lentus respicit.

Decima octava, in rebus, quae necessario ferenda, vel quae exiguae sunt, non esse querendum, aut supplicem: quia est animi frivolum rebus humanis addidit.

Decima nona, male possidere res honestas, quam fructuosas, hoc enim magis proprium est, hominis seipso contenti.

Vigesima, habere motum tardum, vocem gravem, orationem stabilem, ac sedatam: quia festinare non solet, qui paucis rebus studet; nec vehementer contendere, qui nihil magnum esse videtur, ita Aristoteles.

VITIA OPPOSITA.

Opponitur secundum B. Thomam 4. 1. 30. & 131. Magnanimitati tria vitia per excessum, praesumptio, ambitio, & inanis gloria. Praesumptio respicit proprii operis aequo: Ambitio honorem: inanis gloria opinionem, & famam. Unum per defectum, Pusillanimitas; quae tamen illis rebus responderet.

* MAGNANIMI.

EXEMPLA FIDELIUM VET. TESTAMENTI.

Caleb, & Josue. In terra Chanaan exploratores fidelissimi, dum reliqui exploratores Israeliticum populum, ab ingressu in illam terram deterrerebant, dicebant, immo ascendamus, ut haereditario possideamus eam: nam omnino praevalebimus adversus eam. Num. 13. 30.

Et sequenti capite, versu. 6. Josue, & Caleb audientes impia murmura populi, lacerauerunt vestimenta sua, & allocuti sunt totum caetum filiorum Israel, dicentes: Terra, per quam transivimus ad explorandum eam, terra est perquam optima. Si nobis propitius fuerit Dominus, introducet quoque nos in terram istam, & dabit eam nobis, terram, quae est affluens lacte, & melle. Tantummodo contra Dominum ne rebellare: Praterea vos ne timeate populum istius terrae, nam cibus noster sunt: recessit umbraculum eorum ab eis, & Deus est nobiscum, ne timeate eos. Num. 14. v. 7. 8. 9.

C Duo viri exploratores a Josue missi, emensis periculis variis, ad Josue reversi, postquam enarraverunt quaecumque obveniant sibi, dixerunt ad Josue: Eamus, nam tradidit Deus in manus nostras totam terram ista Chanaan: atque etiam disfluunt omnes habitatores istius terrae metu nostri. Josue 2. versu. 24.

Captis, & eductis e spelunca MaKeda quinque regibus Amoraeorum, atque ad Josue productis, vocavit Josue omnes viros Israel, & edixit ductoribus virorum militantium, qui venerant cum ipso; Appropinquate, imponite pedes vestros cervicibus istorum regum. Quo facto, dixit ad eosdem Israelitas Josue: Ne timeate, neque contemnami, & fortes estote: nam sic facturus est Deus omnibus hostibus vestris, quibuscum vos pugnaturi estis. Josue 10. 24. 25.

Saul rex Israelis, audiens regem Ammonitarum opprobrium inturere velle Israel, Spiritu Dei arreptus, & ira justa accensus acceptum pat bonum membratim divisit illud, & transfudit in totum terminum Israel per nuncios, dicendo, Quisquis non exhibit post Saulem, & post Samuelem, sic fiet armatus eius. Unde incidit pavor Domini in populum, ita ut existerent unanimis. 1. Reg. 11. v. 7.

Jonathas filius Saul cessante, & inficio patre atque exercitu, divino Spiritu incitatus, cu solo armigero ad Philistaeos accessit, dixit Agedum transiens ad stationem incircumforisum istorum, si forte faciat Dominus pro nobis. Non enim est Domino difficile, quin servet in multis, aut in paucis. Respondenti armigero, fac quicquid est in animo tuo, ecce me tecum, dixit Jonathas. Ecce nos transivimus ad viros istos, & retegimus nos eis. Si dicenti ita ad nos, Subsistite, donec pervenerimus ad vos, tum stabimus in loco nostro, & non ascendemus ad eos. Sim autem ita dicent, Ascendite ad nos, utique ascendemus: nam tradiderit eos Deus in manus nostras: hoc igitur edixit nobis signum. Vocatus a Philistaeis eos invasit viginti tricidatis reliquis fugavit, &c. Vide 1. Reg. 14. 7. 8. &c.

Cum Goliath gegas Philistaeus provocaret Israelitas ad duellum, David superbi istius minacia verba audiens, conversus ad quosdam adstantes, Quid fieret (inquit) viro qui percuteret Philistaeum illum, & auferret opprobrium ab Israele? quis enim est, Philistaeus praeputatus iste, qui probro afficit

acies Dei viventes? Objurgatus deinde ab Eliab fratre maximo respondit. Quid feci nunc? Nonne negotium fuit? Tandem ad Saulem deductus dixit, Ne concedat animus ullius propter istum, servus tuus iratus est, & pugnaturus contra Philistaeum istum, cum autem obiceret Saul, tunc Goliath, & Davidis pueritiam, respondit David: Pascens servus tuo patris vovi gregem, cum accedens leo, aut ursus auferret parvam pecudem a grege, egressus persequabar illum, ut percuterem eum, aut eriperem ex ore ejus, in surgente vero in me prehendem eum barba, & percussis morte afficiebam eum. Tum leonem, tum ursum percussit servus tuus: & nonne crit Philistaeus praeputatus iste ut unus ex eis, cum probro afficeret acie Dei viventes? Dicebat item, Dominus, qui eripuit me a leone, & ab urso idem eripiet e manu Philistaei istius.

Tum dixit Saul ad Davidem, Abi, & Dominus sit tecum. Cum autem a Philistaeo David inermis sperneretur, Tu (inquit) venis ad me, cum gladio, & cum hasta, & cum humerali: ego vero venio ad te in nomine Domini exercitum, Dei acierum Israelitarum, quem probro accessisti. Hoc ipse dedit te Deus in manus meas, ut percuteis eum, & amoveam caput tuum a te, & tradam cadavera exercitus Philistinorum hoc ipse die volatilibus caeli, & bestis terrae: ita cognoscet incolae totius terrae Deum esse pro Israele. Et cognoscat tota congregatio haec, non gladio, aut hasta Dominum servare. Nam Domini est hoc bellum, ideo tradet vos in manus nostras. Verbis eventus respondit, Goliath interfecto, & Philistaeis fusis, & fugatis. Vide 17. c. 1.

Sidrach, Misach, Abdenago, socii Danielis prophetae. Nabuchodonosor esse imagini aureae, quam curaverat, divinos honores, jubente exhiberi, tres Danielis socii, qui conventui illi intererant, recusant populi indololatria: quomobrem apud regem accusari, & ab eo accepti minaciter dixerunt, Nabuchodonosor, ut respondeamus tibi, non fumus solliciti de hoc negotio: sive futurum est, ut Deus nos, quem nos colimus, qui potens est ad eripiendum nos, & fornace ignis accensa, & ad manu tua, o rex, eripiat nos, sive non: notum tibi, rex, deos tuos non esse cultores, & imaginem auream, quam excivili, non adoratos. Dan. 2. 16. 17. 18.

Judaeorum Hierosolymam instantiarum hostes cum opus feliciter inchoatum, & ad finem ferè perductum inturbatur, & destrucere vellent. Nehemiam populi duces perterrefacere, vel tollere de medio cogitarent, & cum per nuncios illi dicerent, Ineamus consilium in aliquo vicorum in valle Onuntis, respondit per alios nuncios, Opus magnum facio, ideoque non possum descendere: quomobrem cessare hoc opus, cum desisterem ab eo descendens ad vos. Tentatus quater, respondit eis in eandem sententiam. Tandem Sanballato, novos dolos eudenti, misit, qui hominem mendacii, & vanitatis arguerent. Et pseudoprophetae cuidam mercenario, qui pavorem incor ejus instillare studebat, dixit, An vir, qualis ego sum, fugeret: aut quis est, qualis ego qui ingrediatur in templum ut vivat? non ingreditur. Tandem evanuerunt hostium consilia, & artes. Vide Nebe. c. 6.

Cum Rex Antiochus per Lyfiam misisset exercitum XL. M. peditum, & VI. M. equitum adversus Judaeos. Judas, & fratres ejus, dixerunt: quique alter alteri, Restituamus populum nostrum ex dejectione hac, & pugnemus pro populo nostro, ac sanctuario. Postquam vero humiliter essent coram Deo castrametati sunt ad Emmaum. Et dixit Judas Judaeorum turmis, Accingimini, & estote strenui, ac estote parati manè ad pugnam contra gentes istas, quae congregatae sunt adversum nos, ad tollendum nos, & sanctuarium nostrum: nam melius est nos mori in bello, quam videre malam gentem nostram, & sanctuarii. Prout autem fuerit voluntas Dei in caelo, ita faciat. 1. Macchab. 3. 5. 3. 58.

Mortuo Jonatha, cum videret Simon frater ejus populum esse trepidum, & perculsum metu, ascendit Hierosolymam, & congregavit populum, & adhortatus est eos, dicens eis, ipsi nos, quanta ego, & fratres mei, ac domus patris meis fecerimus pro legibus, & sanctuario, & qua praesidia, angustiaque experti simus: propterea perierunt fratres mei omnes causa Israelis, & ego solus reliquus factus sum. Nunc autem abstiti me, ut parcam animam meam omni tempore angustiae: non enim melior sum fratribus meis. Verum vindex ero pro gente mea, & pro sanctuario, & pro uxoriibus, liberisque nostris: quandoquidem congregatae sunt gentes omnes istae gentes, ut aterant nos infensio animo 1. Macchab. 13. 3. &c.

NOVI TESTAMENTI.

A Joannis Baptistae magnanimitatem invitam in taxanda Pharisaeorum, & Sadduceorum hypocrisis, ac coercendo Herodis incestu describit Lucas c. 3. & Marc. c. 6. Magnanimitatem Apostolorum post acceptum Spiritum sanctum proponit Lucas Act. 3. 5. 15. &c. & passim in tota illa sacra historia.

HISTORICA CHRISTIANORUM.

Proconsul D. Cyprianum coram tribunali suo adductum intuitus, ait: Tu es Talcus Cyprianus, qui te Papam sacrilegae mentis hominibus praebuisti? Jufferunt te sacratissimi Imperatores sacrificare. Consule tibi ne percas. Sanctus Martyr respondit: Ego sum Cyprianus, Christianus sum, & diis sacrificare non potero: tu vero quod tibi praecipitum est, fac. In re enim tam justa nulla consultatio est: Deinde morti ad judicium se audiens, dixit: Gratias ago Deo omnipotenti, qui me a vinculis hujus corporis dignatur absolvere. Pontius Diaconus in Actis passionis D. Cypriani.

Paulo ante mortem D. Cypriani, serunt a praefide clibanum calcis accensum, & in ore illius prunas cum thure exhibitas, & praefidem dixisse Christianis. Eligite e duobus unum, aut thura super his carbonibus offerre Jovi, aut in calcem demergimus. Tunc Trecenti viri fide armati, se idu rapidissimo, Christum Dei filium fatentes, jecerunt in ignem, & inter vapores calcis pulverei sunt demersi, quos sibi Christus confecerat. Pontius Diaconus in Actis passionis D. Cypriani.

Urbicium Alexandria praefectus, cum propter veram Religionis professionem Ptolemaeum duci ad supplicium jusseret. Lucius quidam, & ipse Christianus, tum ibi affans, improbo ejusmodi judicio. Que (malum) haec ratio est? inquit. Numquid infamiss malefici vir hic admiffisse convictus est? An quod Christiani nomine tantum is gaudet, & gloriatur, propterea ad puniendum eum commotus es? Non hoc deceat Imperatorem pium, non Imperatoris filium philosophum. Non ita, ut facto senatu convenit, judicas. Urbici Praefectus autem cum Lucium etiam duci jusseret, ille, gratiam Urbicio habere professus est: a malis quibus dominis se liberari, & ad Deum Patrem, & regem optimum transire. Ad quos tertius alius idem accessit, in quem supplicio quoque est, animadvertum. Niceph. eccl. hist. l. 3. c. 34.

Erat in palatio Licinii inter notarios Auxentius quidam vir nobilis. In imperiali, autem quadam domo fons aque fuit, & super eo fonte Bacchi simulacrum: tum autem vitis ampla, quae locum eum omnem tegens, multa cum amicitiae umbra brabat. Huc eum Licinius veluti deambulans, Auxentio, & multis praeterea aliis, cum officii gratia comitantibus, venisset, & botrum ingentem, maturumque a palmitis pendente confixisset, Auxentio, ut eum decerneret, mandavit. Auxentius nihil profus subesse doli suspicatus, pugione, quem ex femore suspensum gestabat, stricho, botrum resecut. Tum Licinius, Ad pedes Dionysii uvae deponere, dixit. Auxentius vero, Minime gentium, inquit, Imperator. Christianus enim sum. Licinius rursus. Itaque ex aula, ait, confestim abibis, dignitate posita. Alterum tibi duorum istorum necessarium faciendum. Enim vero Auxentius, nulla interposita mora, cingulum perquam liberet solum posuit, & aula descendens valedixit. Hunc aliquando post, Episcopi Mopvestiae antistitem legerunt. Suid.

Modestus, Edessa praefectus, cum ad locum quandam, ut Christianus ibi congregatos interficeret, justu Valentis armata manu properaret, Mulierem cum filio filianem accersit, & caulam tanta festinationis exquirens: Utocius, inquit illa, D ad campum, in quo populus Ecclesiae Catholicae coactus est, veniam. Tunc sola, ait praefectus, necia est me aditum eo perventurum, & quos offendent interfectorum? Immo vero, inquit, audivi: & propterea cursu celerissimo mihi opus est, ne post tempus veniam, & ita martyrio à Deo oblato desinas. At cur queso, inquit Modestus, puerum tecum ducis? Ut ille quoque (respondit mulier) communis afflictionis particeps fiat, parque praemium consequatur, &c. Sozom. eccl. hist. lib. 6. c. 18.

Aethiurorum Episcopus Marcus, cum post crudelia tormenta, a persecutoribus melle, & liquamine unctus, in sportulam impositus, ac in sublimi suspensus esset, cum vespas, & apes ad eum advolare, carnesque ejus excederet, serunt cum carnificibus dixisse, ut in sublime posuim esse, videre eos humi infra repentes. Sozom. eccl. hist. l. 5. c. 9. L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.

Imperator Constantius, cum Liberius Episcopus Romanus ejus iniquis imperatis resistisset, dedit mandatum, ut in Thraciam, nisi intra biduum sententiam mutaret, relegeretur. Cui E Liberius, Mihi, inquit, o Imperator, die ad deliberandum non est opus, Jam enim olim ista, & deliberata sunt à me, & decreta. Ita jam ab hinc descendendum paratus sum. Fertur item, Imperatorem eum jam, cum in Thraciam abduceretur, quingentos aureos misisse: illum autem eos non recepsisse, sed dixisse ei, qui aculerat, Abi, & nuncia illi, qui hoc aurum misit, ut ipsum de suis assentatoribus, & hiftrionibus, quos continua egestas praefatibili cupiditate in dies singulos graviter premit: quippe qui perpetuo appetant divitias, nec unquam satiari possint. Nos autem Christus, qui Patri in omnibus rebus similis est, nutrit, & omnia bona nobis suppeditat. Sozom. eccles. hist. l. 3. c. 10.

Cum Eusebia, Constantii Imperatoris uxor, superbia clata ab Episcopis adoraretur: solus Leoncius Tripolis Lydia Episcopus domi mansit. Pollucetur ea se maximam Ecclesiam illi extructuram, & assatum pecuniae praebituram, si se conveniret. Cui ille, Non mihi, inquit, sed Deo gratificaberis, hoc faciens. Tu vero, si me ad te venire voles, sic agito. Ubi adituum venero conspexit, de folio descendit, caput benedictioni manuum mearum submitte. Ego in tuo sedens throno, tibi cum videbitur sedendi potestatem faciam. Illa vehementer commota rem marito exponens eum ad supplicium de Episcopo sumendum instigavit. Is, Leontis animo collaudato, uxorem in gynaeceum ablegavit. Suidas.

Cum Justina, Junioris Valentianini mater, Arianae sectae patrona, impium quid à Benivolo scribarum praefecto, viro orthodoxo, postularet, precibus, ac promissis ampliorum dignitatum additis Benivolus detractum sibi baltheum ante pedes Justinae abiciens, dixit, Sibi neque praesentem hanc, neque ampliozem ullam dignitatem tanti fore, quam in mercedem impietatis affectaret. Sozom. eccles. hist. l. 7. c. 13.

Valentinianus I. Imperator, cum post Joviniani mortem milites eum Imperatorem elegerint: & suo more vellent multa sibi tribuere, quae minime debebant, Valentinianus, qui Ethnicorum insolentiam frangere, & imperii statum ordinare cupiebat, dixit eis: In vestra manu posuim erant, milites, cum Imperator non eram, mihi Imperii gubernacula tribuere: verum cum jam ea suscepim, non vestrarum partium, sed mearum solum est de cetero communi Reipublicae administrationi consilio sapientia providere. Theodoret. eccl. hist. l. 4. c. 5.

Valentinianus II. Imperator, cum adhuc multi non solum Romae sed etiam in Romano Senatu errori gentilitatis addidit essent, imbecillitate Valentiniani I. pueri, & Justinae matris ejus leschi, consilii communicatis perire ab eis staturerunt, ut ara vetus in curia reponeretur, ad quam jurare fenatores solebant de reb. publicis consulitur, ut sacris faciendis sumptus ante sublatis à Gratiano restituerentur, quod cum Christiani, qui numero superabant, clam moveri sensissent, libellum Damaso Pontifici obtulerunt, denunciantes, nihil se ejusmodi censuisse, neque assensione sua probasse: si id concederetur, se in senatum non venturos, quem libellum Damasus ad Ambrosium, ille ad Gratianum misit. Occiso Gratiano Symmachus urbis praefectus, homo non tam eloquentia, quam gentilitatis studio clarus, relationem senatus nomine ad Valentinianum misit, petens, ut quod paulo ante agitatum coeptum erat; ipse aram Victoriae reponere in curia fieret: atque impensa ad sacra faciendia à Gratiano Augusto sublata restituerentur. Quod ut Ambrosius Episcopus Mediolanensis audivit, proxima, ut ipse inquit, legatione confusus, Valentinianum, ab ejusmodi indulgentia, quae gentilitatem reduceret, avocavit: rogavitque, ut sibi relationis exemplum remitteret, ut ei responderet postea, quemadmodum accurate respondit, ut legitur adhuc scriptum utrumque. Ceterum, cum in consistorio Valentiniani omnes, qui aderant, Christiani, H & Gentiles, ea reddenda esse contenderent, solus Valentinianus dissentit: ac Christianis perfidiae incusatis, Gentibus ita respondit. Quomodo quod pius frater eripuit reddere me sua deus? Cum & religionem Lazarus sum, & fratrem, à quo nolo pietatis officio superari? Subdicentibus autem illis, patrem illum nunquam, ut eas eriperet, adduci potuisse, occurrit: Patrem meum, inquit, laudatis, quia non abulit, nec ego abulit: meo; idem reddidit, ut me debere reddere contenti, & si reddidisset, frater ademit, eujus in hoc genere imitatorum me esse malo. Nam perinde hic Augustus, ac pater fuit, & par utriusque debere reverentia, & par utriusque est erga Reipublicam gratia. Hac animi magnitudine juvenis Imperator impiam Gentium

Ium petitionem irritam reddidit, Sigonius Imp. occid. lib. 8. & 9.

A Anastasius Imperator audiens Episcopum quendam, nomine Oeniam, disertum esse, & qui ora omnibus sententia de passio Deo assecutoribus obturaret, cum ad se vocatum hortatus est, ut ad suam factionem descenderet, pollicens cum quidquid petisset illico accepturum: Cui Episcopus, Tu (inquit) potius ad orthodoxos transi: ne dum opinionones impiorum hominum Severi, Eutychis, & Dioscori amplecteris, aeterno igni addicaris, simulque apprehendens Imperatoris chlamydem: haec ait, Vestis nequaquam te post mortem sequetur, o Imperator: sed sola te comitabitur pietas, ac virtutum habitus. Missam sic Ecclesiam, quam Christus redemit suo sanguine. Indoctus es, ratiocinandi ignarus, neque ullum Ecclesiae decretum perfecte intelligis: tantum impossuris, & scurrilibus calumniis fatuos terres. Satis tibi sit dignitatis, quod Imperator es: antistes Ecclesiae vexare noli. Ad haec Imperator pudore suffusus, obmutuit. Pauperimus autem cum esset ille Episcopus, ne obolum quidem ab Anastasio voluit accipere: adeo liber erat, & solius in Deum fidei, ac pietatis rationem habens, terrena calcans omnia. Sigon. l. 16. hist. Imp. Occ.

B Pyleuctus Constantinopolitanus Patriarcha, Joannem Zimiscam, post interfectum Nicephorum Phocam, Imperatorem designatum, & ob id magnum templum, ut manu Patriarcha sibi diademam imponeret, ingressurum, non admittit, dicens: Non licet templum subire eum, cujus manus adhuc recenti cognati cruore stillant. Cum Zimisca, se manus Nicephoro non intulisse affirmaret: sed ab alius iussu Theophanonis Augusti trucidatum: Pyleuctus iussit percussore regis pelli, unâ cum regina Theophanone, ac edictum contra praesules rescindi: poenitentiamque Zimiscæ injunxit, ut quas privatas opes possederet, egenis disperiret. His omnibus factis natali Christi Servatoris, in magnam Ecclesiam profregit, diademate coronatus est, Cedrenus Cuspinianus.

Theodatus rex Gothorum, Constantinopolim miserat Agapetum I. pontificem. Is, cum pacem impetrasset, ab Imperatore tentabatur, ut Eutychianum opinionem confirmaret. Verum, cum Justinianus ab ea re sanctissimum hominem abhorere cerneret, precibus minas addidit. Tum Agapetus. Ego, inquit, ad Justinianum Christianissimum principem venire optavi, sed Diocletianum inveni, Christianorum hostem acerrimum. Alii narant, Agapetum à Justiniano rogatum, ut Animum Episcopum Eutychianæ hæreseos fauorem ad salutacionem admitteret, omnino id se facturum negasse, nisi Catholicam ille confessionem exprimeret, ac suam sedem repeteret, neque enim fas esse, ut in sede Constantinopolitana, præva fidei alienæ Ecclesiae Episcopus resideret. Theodora vero Augusta pro eo se interponente, & variè preces, minasque miscente, Agapetus nunquam de suscepta dimoveri sententia potuit, quinetiam de criminibus Anthimi ab Episcoporum, & Monachorum libellis edoctus, illum communionem, atque officio, quousque respiceret, exiit, eo nomine quod contra leges Ecclesiam invasisset, & ab Orthodoxis scilicet Cedrenus Sigonius l. 17. historia de Occid. Imperio. Fulgosius Egnatius l. 6. c. 2. Joan. Magnus, lib. 10. c. 10. Platina.

B. Martinus, à convivio Maximi Imperatoris frequenter rogatus abstinuit, dicens se mensæ ejus participem esse non posse, qui duos Imperatores, unum regno, alterum vita expulisset. S. Severus, l. de B. Martino.

Cæterum memorabile magnanimitatis exemplum in B. Basilio describit, & proponit D. Nazianzenus: Imperatoris religionem minimè colis, omnibus salis jam inclinatis, ac superatis. Non enim, inquit Basilius, hæc vult Imperator meus: nec rem ullam creatam adorare sustineo, cum & ipse à Deo creatus sim, & Deus esse jubeat. Nos vero, inquit ille, quid tandem tibi videmur? Nihil sanè, inquit, Basilius, dum hæc jubeatis. Age vero, inquit ille, non magnum, & honorificum existimas ad nostras partes adiungi, sociosque nos habere? Ad hæc Basilius: Vos pridem præfeci estis, & quidem illustres, non inficias eo: minimè tamen Deo præstantiores. Socios autem vos habere mihi quidem amplum, & honorificum fuerit (quidni enim, cum ipsi quosque Dei creaturæ sitis?) sed ut alios quosdam ex his, qui nobis subiecti sunt: non enim personarum dignitate, sed fide Christianissimus insignitur.

Hæc oratione commotus præfectus, ac majori ira succensus, de subscilio surrexit, atq; a superioribus verbis cum eo agere perrexit. Quid? Potestatem hanc non pertimescit? Quid patris, intulit illi? unum è tam multis, quæ meæ sunt potestatis.

Quam hæc, subjunxit Basilius? fac enim intelligamus. Bonorum, inquit ille, proscRIPTIONem, exilium, cruciatus, mortem. Tum Basilius: Si quid aliud habes id nobis munitate. Horum enim, quæ adhuc commemorasti, nihil nos attingit. Quoniam modo, inquit ille? Quoniam, inquit Basilius, bonorum proscRIPTIONem obnoxius non est, qui nihil habet, nisi fortè laceris, & detritis hisce panis indiges, ac paucis libellis, in quibus omnes mihi facultates, & copiae sunt. Exilium autem haud cognosco, qui nullo loco circumscriptus sum, ac neque terram, quam nunc incolo, mea habeo, & eam omnem, in quam profectus fuero, pro mea duco: immò, ut rectius loquar universam terram Dei esse scio, cujus advena ego sum, & peregrinus. Jam tormentum quid accipere queant, cum corpus desit, nisi fortè primam plagam quidam dixerit: hujus enim solius penes te arbitrium, & potestas est.

Mors porro beneficii mihi loco erit: citius enim me ad Deum transmittet, cui vivo, & munere meo fungot, maximeque ex parte mortem obii, & ad quem jam pridem propero. Quo sermone obstupescit Præfectus: Nemo, inquit, me (nomenque suum adjunxit) ad hunc usque diem ita esse allocutus, nec pari verborum libertate. Neque enim, ait Basilius, fortasse in Episcopum incidisti. Alioqui hoc proflus modo disseruisset, pro hujusmodi rebus in certamen veniens. F. Nam cæteris quidem in rebus, o præfecte, mansueti, & placidus sumus, atque omnium abjectissimus, quemadmodum hoc nobis lege præscriptum est, ac non dicam adversus tantum Imperatorem, sed ne adversus plebejum quidem quemquam, infimi ordinis hominem supercilium attollimus. Verum ubi Deus nobis periclitatur, ac proponitur, tum demum alia omnia pro nihilo putantes, ipsum solum intuemur. Ignis autem, & gladius, & bestia, & ungula carnem lacerantes, voluptati nobis, ac deliciis potius sunt, quam terrori. Proinde contumelias nos affice, comminare, fac quicquid collibuerit, potestatis tua fructe: audiat hæc, etiam Imperator: nequaquam profectò nos vinces, nec efficies, ut impiæ doctrinæ assentiamur: ne si his quidem atrociora minuetis. Oratione 20. de Basilio Magno erga Valentis Im. præfatum.

Prudentius describens Martyrium S. Fructuosi, ita cum inducit magno animo loquentem.

Putare ferrum triste chirurgus meis Inferre cæsis, quod fecit salubriter. Non est, amaram, quo reformatur salus. Videtur illi carere artus rotidos. Sed dani medelam rebus intus viridis.

Quis nescit autem quanta corruptela sit Contaminatae carnis, ac solubilis? Sordet, tumescit, liquitur, fetet, dolet: Insatur ira, solvitur libidine. Plerumque sellæ rinda livores trahit.

Aurum regessum nonne carni acquiritur. Illusa vestis gemma, bombyx, purpura, In carnis usum mille quævuntur doli. Luxu vorantis carnis arvinam favet: Carnis voluptas omne per nefas ruit. Medere quæso carnisæ tantis malis. Concide, carpe fomitem peccaminum. Fac ut resesdo debilis superis sit, Dolore ab omni mens superis libera, Ne gesserit ultra, quod tyrannus amputet.

Ne terrearis, turba circumstantium; Hoc perdo solum quod peribit omnibus, Regi, clienti, pauperique, & diviti. Sic venularum, sic fenatarum caro Tabescit, immò cum sepulcro condita est.

Insutura vilis mordet, ac dampnum leve, Si quo cavendum est, perdere exime scimus. Cur quod necesse est, non voluntas occupat? Natura cum non verit in rem gloria? Legale dampnum deputemus premis.

Sed præmiorum forma que sit fortibus Videamus: illa neque que nunquam perit. Cælo refusus subvolvitur spiritus. Dei parentis præfertur lumine, Regnante Christo sans in arce regia.

Quando cælum eum liber placidus, Cadet rotati orbis in terram globus: Spheram ruina mensuralium destruet. Deus superstes solus, & iusti simul Cum sempiternis permanebunt Angelis.

Contemne præfens utile, o prudenti homo, Quod terminandum, quod relinquendum est tibi. Omite corpus, rem sepulchri, ac funeris: Tende ad futuram gloriam: pergo ad Deum. Memor qui sit: vince mundum, & sæculum.

A Memoriam proditum est, Castellæ regnum in Hispania quondam à tringinta barbarorum regibus, duce, atque Imperatore Smaragdo occupatum fuisse. Unde cum illi magnam Christianis terrorem iniicerent, brevique esse confiderent, Sanctium Navarrenorum regem collecto forti magis, quam numero exercitu, adversus eos profectum esse, cum prius pulcherrimum, & clarissimum iusjurandum jurasset, nunquam se ex bello nisi parta victoria reverfurum. Excogitaverant barbari, cum alia multa, ad prohibendas Christianorum incursionem aptissima, tum catenas quasdam ferreas, quibus ita vias omnes occluderent, ut equitanti, quo plurimum Navarreni valebant, omnis adempta spes facienda in hostem irruptionem videretur. Sed nihil virium habent adversus prudentiam subdola, & astuta consilia: debiles fuit omnes adversus con-

B stantiam machina: imbecilla, & inutilis adversus fortitudinem multitudine. Deo duce per medios hostes sibi, & suis viam ferro faciens Sanctium, non prius desistit, quam barbaros suos fagatos, castris exiit docuit, victoriam non in munitionibus operibusque bellicis, fed in causa bonitate positam esse: qui pro Christi nomine dimicant, eorum impetum non posse, nec collatis quidem in unum omnium aliorum viribus, sustineri. Superaris igitur, & in potestatem redactis hostibus, omnium ducum, & militum incredibilis cõcursum ad Sanctium factus est: alius amplexari cum: alius ad genua accedere: alius forem illam dextram barbarorum domitricem, Hispaniarum liberatricem, victoriæ consecrari, excelsulari: qui propter multitudinem propius accedere non poterat, vultu, oculis, manibus, corpore, quascunque poterant animi sui significationes dabant: una omnes voce, bellatorem fortissimum, & Imperatorem invictissimum consalutabant. Inde cum de dividenda præda agi ceptum esset, quæ tanta erat, quanta triginta potentissimorum Regum collata in unum locum opes coacervare poterant, nemo erat in universo exercitu, qui non ita sentiret, ita prædicaret, Quantacumque sibi partem ex ea vel deponeret, vel etiam suo jure sumeret Sanctium, nunquam tantum ad eum pervernturum esse, ut non multo plus ipsius virtuti, præclarioris factis deberetur. Erat in castris barbarorum aurum argenti facti, insectique permagnavis, gemmarum maximi pretii admittabilis multitudo: multum tapetium, multum conschylate vestis, multum peristromatum, ut est illa etiam in bellis luxuriosa gens, armorum omnis generis optinumerus, & exquisitissimum artificio fabricatorum infinitus propè numerus, equi præstantes permulti, phalararum, ephippiorum, cæterorumque ornamentorum sequestrium incredibilis copia, captivi longe plurimi, ex quibus ingens pecunia confici posset, quibus omnium ex rebus Sanctium, ut quantum vellent, sibi ipse sumeret, summo omnes consensu obsecrabant. Ille alacri vultu, cum gratam sibi esse illum exercitum, voluntatem significasset: Non me, inquit barbaricorum opum cupiditas, ut in hoc bellum ingrederer, aut in prima acie stans corpus meum telis hostium obicerem, induxit: Christianæ mihi pietatis ardor, & hujus pulcherrimæ regionis ab injusto immanium belluarum dominio vindicandæ studium, facit ad eam rem, & stimulos subdidere. Nunc cum id quod volui, divino beneficio, & vestra (milites) virtute consecutus sum, non committam, ut majori animo videar armatorum, & stantium copias, quam inermium, & jacentium spolia contempnere. Ornamento ista sint primum immortalis Dei nostri, divorumque templis, ac delubris, ut partim in sacrariis reposita; partim tholis propendencia propagent in omne tempus memoriam nostri, posterorūque nostrorum ad suscipiendum semper magno animo religionis nostræ defensionem exsuscitent: dent cætera egenos, & exhaustos pro suis quemque meritis milites; ut qui juvenutis suæ firmitatem in periculis, & laboribus consumpserint, habeant olim quo senectutis infirmitatem in tranquillitate, atque otio sustentare possint. Ego quidem, quoad me attinet, præter has catenas, & quas spectantibus, adjuvantibusque vobis perfrigit, atque pertupi, & præter illam gemmam, quam manibus meis dejectam illic jacentem videtis (hæc autem dicens ostendebat illis profectum, & in sanguine suo involutum exanimem Smaragdam) nullam omnino mihi mercedem nullum præmium aut postulo, aut appeto. Ergo ad conferendam tam nobilis virtutis memoriam, simulque & inci-

tandos successorum suorum animos, & ipse postea catenas pro E insignibus gestavit, & instituit, ut iidem insignibus cæteri post se Reges uterentur. At quoniam eo in prælio præcipuum barbarorum ductorem Smaragdam sua ipsa manu obruncaverat, ejusdem nominis gemmam medio illarum catenarum complexu voluit contineri. Quin etiam propter hanc, aliisque similes victorias, Regibus Navarræ honoris ergo tributum est, ut inungantur, coronentur, consecrentur, &c. M. Ant. Muretus in sua oratione, quam Romæ ad Pium IV. habuit, nomine Henrici Regis Navarræ.

Circiter annum Christi 840. Dani tunc Ethnici magno agmine Holsatiam invaserunt, Saxoniam postea depradaturi. Bruno autem ubi sensit adventare infinitam barbaræ gentis irritam, & indomitam manum, solito acris ferocientem, convocatos suos ne multitudine terrentur, putavit alloquendos: & videtis, inquit, commilitiones barbariæ nobis imminentes. Neminem moveat insolentium hostium multitudo: potens est Deus omnem illam colluviem ante pedes vestros proferre. Memineritis non in pugnantium robore, aut multitudine, sed de cælo victoriam esse. Pro nobis pugnant lachrymæ miserabilium per provinciam Christianorum, qui nisi dextris hodie vestris defendantur, in prælium venient ferocissimum hostium. Proinde memor quicquæ pietatis, pro qua sumptis arma, præsentium hostes invadite, certi victoriam esse in manibus. Nam si retrò perfidos egerimus, victores quique redibimus in sua: finaliter Deo placitum, sic quoque vincemus causa superiores, apud Deum martyrium consummatum. Bene igitur mortem, quam alogui nature debemus, auctori Deo impendimus, de necessitate facturi sacrificium. Itæ mecum alacres in pugnam, non potest esse exitus nisi gloriosus. Si superamus, terram nostram cum habitatoribus defendimus. At si visum est, conditori Deo, ut superemus, terram accipimus viventium possidendam. Hac oratione communitos ducit in prælium, ubi maxima strage edita, tandem hostium innumera multitudo obruti, fortiter pugnando ad unum universi Christiani caduntur. Placuitque Deo ex terrigenis augere Martyrum ditare Saxoniam inopiam.

Alb. Cranzius, in descriptione veterè historiae SS. Martyribus, in Ebbeckstrop. monasterio.

Plura peti possunt ex Locis de Constantia, Fortitudi- ne, Terrenorum bonorum contemptu, & Martyrio, ac Martyribus.

* Magnes.

QUIS. EJUS VIRTUS. RATIO. INVENTIO.

Magnes genus est, lapidis, quem Sideritum, alii Heracleon appellant: Alii Magnesia Lydiæ regione dictum volunt, in qua hunc primum inventum circa Heracleam urbem contendunt: vnde ab ea nomen obtinuit. Indicant Lucetius l. 6.

Quod superest, agere incipiam quo sordere fiat Natura, lapis hic ut ferrum ducere possit, Quem Magneta vocant patrio de nomine Graii. Magnetum quia sit patriis in sibus ortus.

Inventum, autem volunt, ut ex Nicandri sententia Plinius tradit lib. 16. cap. 16. per opilionem pecus ducemque: qui dum H calceos haberet ferreis clavis confixos, sensit adhærere pedem lapidi, ipsumque lapidem soleis adhærere. unde Magnetis visinnotuit, ferrum ad se trahens.

Causam hujus virtutis assignant, quod vel ex vi poli quod vergit, ea virtus illi communicetur: vel quod certissimum videtur id fiat ex sympathia quadam ferri, & Magnetis: per potentiam attractivam in Magnete, quæ qualitate, seu vim impellentem imprimat ferro, quæ ad se illud impellat, & trahat.

Notant verò naturales, omni virtute attractendi Magnetem dediti, sim ingatur oleo, aut pingui aliqua materia, tunc enim ob levorem refugit. Sed mirabilis quoque hujus lapidis natura est, quod semper ad Septentrionem vergat. Unde magis commoditas humanis ingenis accessit investigandi magna, & Regionem longinquas, cum exhibe navta: versorium suam, quam vocant, invenerint, quæ atritu lapidis hujus imbuta, cursum dirigunt navium in vastissimo æquore. Nam pars cupisid